

ALEXANDRI DE VILLA-DEI
DOCTRINALE

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

THEODORICVS REICHLING

SVBSIDIORVM CONSPECTVS

A = codices Amploniani, bibliogr. no. 7, 8, 9; ubi dissentiunt:

*A*₁ = codex Amplonianus, bibliogr. no. 7,

*A*₂ = " " " no. 8,

*A*₃ = " " " no. 9.

L = codex Laurentianus Medicus, bibliogr. no. 1.

M = codex Marcianus Venetus, bibliogr. no. 12.

P = codex Palatinus Vaticanus, bibliogr. no. 11.

S = codex Stuttgardiensis, bibliogr. no. 10.

e = editiones principes, bibliogr. no. 1, 2; ubi discrepant:

*e*₁ = editio s. l. et a. (Veneta c. a. 1470), bibliogr. no. 1,

*e*₂ = editio Tarvisiana a. 1472, bibliogr. no. 2.

quibusdam locis adhibiti sunt:

Ar = codex Arundelianus Mus. Brit., bibliogr. no. 22.

*Pa*₁ = codex Parisinus, bibliogr. no. 2.

*Pa*₂ = " " " no. 16.

*Pa*₃ = " " " no. 36.

*Pa*₄ = " " " no. 38.

*Pa*₅ = " " " no. 54.

*Pa*₆ = " " " no. 61.

Acron, Porphyrr. = Acronis et Porphyriionis Commentarii in Q. Horatium
Flaccum, ed. a Ferd. Hauthal. Berol. 1866.

Avent. = Ioan. Aventini grammatica. Norimbergae, Ioan. Stüchs, 1515.

Bas. Faber = Basilii Fabri Sorani Thesaurus eruditionis scholasticae, ed. a Chr. Cellario. Lipsiae 1697.

Bebel. = Hen. Bebelii Iustingensis poetae laureati Ars versificandi et carminum condendorum etc. (impr. cum Henrichmanni grammatica Phoreae ap. Thom. Anselmum Badensem 1509.)

Brev. = Vocabularius breviloquus (Reuchlini). editionem adhibui Basileensem a. 1480 paratam.

Brev. Benth. = Mittheilungen aus dem Breviloquus Benthemianus, einem handschriftlichen lateinischen Glossar des XV. Jahrh., v. K. Hammann. (Progr. des Johanneums zu Hamburg, 1879. 1880. 1882.)

Cassiod. G. = M. Aur. Cassiodorii opera omnia ed. Garetius. Venetiis 1729.

Despaut. = Ioan. Despauterii Ninivite Commentarii grammatici. Lugduni, Sebast. Honoratus, 1563.

Dief. = Glossarium Latino-Germanicum ed. Diefenbach.

Du Cange = Du Cangi Glossarium mediae et infimae Latinitatis, digessit G. A. L. Henschel. Niort 1883 -1887.

Ecb. = Ecclasis Captivi, das älteste Thiererepos des Mittelalters, herausgeg. von Ernst Voigt. Strassburg 1875. (Quellen und Forschungen z. Sprach- u. Culturgesch. d. germ. Völker, herausgeg. von L. ten Brink u. W. Scherer. Strassburg 1875).

Eg. L. = Egberts von Lüttich Fecunda Ratis, zum ersten Mal herausgeg., auf ihre Quellen zurückgeführt und erklärt von Ernst Voigt. Halle 1880.

Georges = Ausführl. lat.-deutsch. Handwörterbuch. 7. Aufl. Leipzig 1879-80.

Gl. A1 A2 A3 = Glosae codicum Ambronian., bibliogr. no. 7. 8. 9.

Gl. L. = Glosa codicis Laurentiani Medicei, bibliogr. no. 1.

Gl. l. = Glosa editionis s. l. et a. (Labecensis c. a. 1480) bibliogr. no. 11.

Gl. n. = Glosa notabilis (Gerardi de Zutphen Coloniensis) inde ab a. 1488 frequentissime edita (vide bibliogr.).

Gl. M. = Glosa codicis Marciani Veneti, bibliogr. no. 12.

Gracc. = Eberhardi Bethuniensis Graecismus, ed. a. Jo. Wrohol. Vratislaviae 1887.

H. (rhetorum Latinorum nominibus postpos.) = Rhetores Latini minores ex rec. Caroli Halm. Lipsiae 1863.

Henrichm. = Jac. Henrichmanni Sindelfingensis grammaticae institutiones. Phoreae, Thom. Anselmus Badensis, 1509.

Hug. = Hugutionis (Ugutionis) Pisani, episc. Ferrariensis, Liber derivationum (c. a. 1192 conscriptus). codice usus sum manu scripto s. XV. Bibl. Gottingensis.

Io. Garl. = Die Synonyma des Joh. von Garlandia, herausgeg. von Kurz. (Jahresbericht d. K. K. Staatsgymnasiums im IX. Bez. in Wien 1884-85.)

Io. Ian. = Ioannis de Ianua (i. o. Genua) de Balbis Summa quae vocatur Catholicon (ad finem perducta a. 1280). editione usus sum s. l. et a. [c. a. 1480].

Isid. etym. = Isidori Hispalensis episc. Etymologiarum libri XX. usus sum imprimis editione a. 1472 per Guntherum Zainer ex Reutlingen parata.

K. (grammaticorum Latinorum nominibus postpos.) = Grammatici Latini ex rec. Henrici Keilii.

Kaulen = Fr. Kaulen, Handbuch zur Vulgata. Mainz 1870.

Loewe = Prodromus corporis glossariorum Latinorum ed. a Gust. Loewe. Lipsiae 1876.

Mag. Caesar = Fierville, Ch., une grammaire latine inédite du XIII^e siècle. (a Magistro Caesare quodam Italo composita.) Paris 1886.

Manc. = Antonii Mancinelli Velitorni opera cum explanatione Ascensii Basileae 1508.

Manut. = Aldi Manutii Romani Institutionum grammaticarum libri IV. Parisiis, Poncetius le Preux, 1510; Lyptzk (Lipsiae), Melch. Lotter, 1510.

Neue = Fr. Neue, Formenlehre der Lateinischen Sprache. 2 Bdd. 2. Aufl. Berlin 1875-77.

Osbern. Pan. = Osborni Panormia, c. a. 1150 composita, quam Thesaurus novus Latinitatis inscriptam ed. Angelus Maius Classic. auctorum tomo VIII. Romae 1836.

Pap. = Papiae Lombardi Elementarium doctrinae rudimentum (confectum a. 1053). usus sum editione, quae Vocabulista inscripta typis expressa est Venetiis per Philippum de Pincis a. 1496.

Petr. Riga = Petri Rigae carmen quod inscribitur Aurora. codicem adhibui manu scriptum Bibl. Gotting. Theol. 107 saec. XII.

Pylades = Pyladae Brixiani in Alexandrum de Villa Dei annotationes. Brixiae, Iac. Britannicus, 1500.

Pylad. carm. = Pyladae Brixiani carmen scholasticum. Liptzek (Lipsiae). Wolfgangus Monacensis, 1500.

Rönsch = Rönseh, Itala und Vulgata. 2. Ausg. Marburg 1875.

Sulpit. = Sulpitii Verulani grammatica. Romae, Euch. Silber, 1490; Liptzigek, Bacc. Wolfgangus Monac., 1503.

Thurot. = M. Ch. Thurot, Notices et extraits de divers manuscrits latins pour servir à l'histoire des doctrines gramm. au moyen âge. (Notices et extr. des manusc. de la Bibl. impér. et autres bibl. Tome XXII, partie 2. Paris 1868.)

Vulg. = Biblia sacra vulgata. usus sum editione sine nota loci a. 1486 parata.

Ys. = Ysengrimus, herausgeg. und erklärt von Ernst Voigt. Halle 1884.



ALEXANDRI DE VILLA-DEI DOCTRINALE

(PARS I)

[Proœmium]

Scribere clericulis paro Doctrinale novellis,
pluraque doctorum sociabo scripta meorum.
iamque legent pueri pro nugis Maximiani
quae veteres sociis nolebant pandere caris.
praesens huic operi sit gratia Pneumatis almi; 5
me iuvet et faciat complere quod utile fiat.
si pueri primo nequeant attendere plene,
hic tamen attendet, qui doctoris vice fungens,
atque legens pueris laica lingua reserabit;
et pueris etiam pars maxima plana patebit. 10

Voces in primis, quas per casus variabis,
ut levius potero, te declinare docebo.
istis confinem retinent heterocelita sedem.
atque gradus triplicis collatio subditur istis.
enique sit articulo quae vox socianda, notabo. 15
hinc de praeteritis Petrum sequar atque supinis.
his defectiva suberunt et anormala verba.

VARIA LECTIO.

INCIPIIT DOCTRINALE MAGRI. ALEXANDRI DE VILLA DEI *A2*.
ceteri codices titulo, hoc quidem loco, carent. de reliquis inscriptionibus a
nobis unciis inclusis vide prolegomena 6 complere|implere *LP* 7 plene|
plane *A* 8 attendat *SP* fungens est *L* 13 etheroelita *codd.* 15 no-
tabo|docebo *A1* 17 his|hinc *A3, m. rec. corr. in his P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1 'clericulis novellis' i. e. discipulis non omnino rudibus (novis), sed
primis elementis iam innotulis 3 de Maximiano poeta vide prolegomena
9 'laica lingua' i. e. lingua vernacula, sermone patrio 16 'Petrum' sc.
Rigam, de quo cf. proleg.

verborum formas exinde notabo quaternas.
 hinc pro posse meo vocum regimen reserabo.
 quo iungenda modo constructio sit, sociabo. 20
 post haec pandetur, quae syllaba quanta locetur.
 accentus normas exhinc variare docebo.
 tandem grammaticas pro posse docebo figuras.
 quamvis haec non sit doctrina satis generalis,
 proderit ipsa tamen plus nugis Maximiani. 25
 post Alphabetum minus haec doctrina legetur;
 inde leget maius, mea qui documenta sequetur;
 iste fore totus liber est extractus ab illo.

[Capitulum I]

Rectis as es a dat declinatio prima,
 atque per am propria quaedam ponuntur Hebraea, 30
 dans ac diphthongon genitivis atque dativis.
 am servat quartus; tamen en aut an reperimus,
 cum rectus sit in es vel in as, vel cum dat a Graecus.
 rectus in a Graeci facit an quarto breviasi.
 quintus in a dabitur, post es tamen e reperitur. 35
 a sextus, tamen es quandoque per e dare debes.
 am recti repetes quinto, sextum sociando.

VARIA LECTIO.

19 regimen vocum *LLA2* 24 sit] est *P* quamvis haec doctrina n.
 sit, s. g. e 25 nugis] libro *SM* 31 dans] dat *L* das *Me* diptongon
LLA2A ditongon *A1* diptongon *e1* diptongum *PM* dyptongum *S* dipton-
 gum *e2* 32 an aut en *A2SPMe* 33 as vel in es *SPMe* dat a] a
 dat *L* 36 a sexto *M* rr. 36. 37 *inverso ordine exhibentur in L*
 37 quintum sexto *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

26 sq. de 'Alphabeto minore' et 'maiore' vide proleg. 30 et 37 *Petrus*
Gram. K. Suppl. 1644-6 *Ars anongma K. Suppl. 332a-28* cf. *Neue I 585*
Kaulen 106. — *Priscianus K. II 1487* et *Charisius K. I 11813* nomina
 in am desinentia, ut 'Adam Abraham', monoptota sive indeclinabilia esse
 censent 33 sq. 'vel cum — breviasi' *Prisc. K. II 28715-17.* — 'Graecus'
 sc. rectus sive nominativus 34 'Graeci' sc. nominis. — v. repetitur 2237
 36 'a sextus' sc. habet

Primo plurali decet ac quintoque locari.
 atque secundus habet arum, nisi syncopa fiat.
 tertius aut sextus habet is, tamen excipiemus: 40
 quando mas fit in us, in a femineum sino neutro,
 femineis abus sociabitur, ut dominabur,
 sexum discernens; istis animas superaddes.
 accusativis pluralibus as sociabis.
 versibus his nota fit declinatio prima. 45

Er vel ir ur aut um vel us aut eus pone secunda.
 i genetivus erit; sed quando rectus habebit
 ir aut ur aut eus, genetivus eum superabit.
 um par fiet et us, sed quod fit in er, variamus.
 er s p iuncta superabit et er sine muta; 50
 s t si braesit, genetivus non superabit.
 huic normae suberit ternamve sequester habebit.
 par est, cum mutae subit er per a dans muliebre;
 hinc tamen excipias, quae de gero vel fero formas.
 crescunt, quae dant us; et adulter erit superandus, 55
 Celtiber atque lacer, liber, socer ac Iber, atque
 presbyteri cum Mulcibero memor esse memento.

VARIA LECTIO.

39 fiet *A2* 40 aut] et *Me* 43 discernes *P* superaddes] simul
 addes *Me* 45 fit] sit *P* 47 erit] *SPMA3e, m. rec. in ras. L* habet *A1 A2*
 49 variemus *S* 55 et] sed *e* 56 Iber] *Yber LAP* atque] adde *e* 57 pres-
 piteri *SA2P* presbyteri *cett. codd. et e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

41—43 *Prisc. K. II 2936—12 Charis. K. I 54v—20 14826 Diom. K. I*
30421—25 Donat. K. IV 3788—10 Pomp. K. V 18828—18920 Phocas K. V
1276—8 Ars anon. K. Suppl. 9320—943 Mag. Caes. 17 46 Prisc. l. c.
29417 47—49 Prisc. 29522—2968, 22 50 Prisc. 2257. — exempla:
 'prosper miser tener' 51 sq. *Prisc. 22317—24. — ex.: 'magister'.*
 52 'ternam' = tertiam; cf. vv. 60, 85, 335, 348, 363, 1109, 1114. 'ubi, quaeso,
 nomen id terni singulariter declinatum adinvenit (sc. auctor) ordinem
 significans?' *Pyld.* attamen illo numerali eadem significatione *Desput.*
 alique recentiores grammatici sapissime usi sunt 53 sq. *Prisc. 2256—a.*
 — ex.: 'pulcher niger sacer' 55 'crescunt quae dant us' sc. in genetivo,
 ut 'alter uter' etc. cf. v. 60 sq. *Prisc. 22518—2266 56 'Celtiber Iber'*
Prisc. 29422 57 'Mulciber Mulciberi' Cic. poet. Tusc. II 10 (23). —
Priscianus 23011 declinat 'Mulciber Mulciberis et Mulcibris'

dexter format eri, poteris quoque dicere dextri.
 cetera cum muta die esse frequentius aequa.
 unus et ullus, uter et nullus, solus et alter, 60
 totus dant in ius genetivos, addis alius;
 namque tenent normam pronominis ista secundam.
 cum datur i bina, iacitur quandoque suprema.
 eus dat ei vel eos genetivo more Pelasgi.
 tertius o posuit sextumque sibi sociavit; 65
 sed dabis i terno, cum feceris us genetivo.
 um retinet quartus, sed neutris provideamus:
 primum cum quarto quintoque sono dabis uno.
 cum tenet eus rectus, aliquando fit per a quartus.
 on iunges Graecis: tibi testis erit Menelaon. 70
 rectus in r vel in um similem faciet sibi quintum;
 ex er quandoque per metathesim reperis re.
 recti diphthongus dabit eu quinto quasi Graecus.
 cum proprium dat ius, tenet i quintus iaciens us.
 us mutabis in e, si formas cetera recte. 75
 quintus habet casus fili, Deus, agne vel agnus,

VARIA LECTIO.

64 eos vel ei *L* genetivo] sed raro *P* 65 ponit *P* sociabit
A2 A3 P e 66 dabit *et* fecerit *SM* rr. 69. 70 *inverso ordine in A3 SP*
 70 tibi testis erit Menelaon *om. A1 A2 P, add. LSJA* Menelaon erit tibi
 testis *M* *M.* fit t. t. *e1* *M.* est t. t. *e2* 71 faciat *P* faciet similem *M*
 73 diptungus *M* dyptongus *S* diptongus. *cell. codd. et e* 74 quintus tenet
 i *M* 75 formes *A1*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

58 *Prisc.* 22517 60—62 *Prisc.* 19618—19714, 22519—2286
 63 *Prisc.* 2968—21 69 *Prisc.* 27714—16, 2996—3006. — exemplar:
 'Theseus Thesea Tydeus Tyden' 72 *Prisc.* 30011 — 3016. — exemplar:
 'Thymbre Tenere' 73 *Prisc.* 3017—18. — exemplar: 'Penthea Capaneu'
 74 sq. *Prisc.* 30117 — 3051 76 sq. 'populus Iluvius' *Prisc.* 30516—21
Phocas K. V. 42916—23 cf. *Despaut.* 74 *Nene I 83 sq.* 'vulgus pelagus in
 masculino genere' (cf. *Charis. K. I* 14613 *Probas K. IV* 2081—19 *Donat.*
K. IV 37514, 43120) 'quandoque habent us et quandoque e' *Gl. n.* idem
 docent *Salpit., Manc., Henrichm., Pylad. carm.* 'agne vel agnus' *Ars.*
anon. cod. Bern. K. Suppl. 10320 *Caes. Mag.* 48 133 *Græc.* XXV 216
Salpit., Manc., Henrichm., Despaut.

et vulgus, pelagus, populus, fluvius quoque dant us,
cum proprium longam dabit us, u quintus habebit.

Primo plurali decet i quintoque locari.

hos casus neutri quartumque decet per a poni; 80

excipis ambo, duo, tamen haec heteroclitia pono.

die nisi concisis orum fieri genetivis.

tertius is finit sextumque sibi sociavit.

os faciet quartus, nisi neutris; a damus illis.

O dabit e que vel a tibi declinatio terna. 85

e iunges a vel e, d vult i sola pracesse.

I cum vocali patietur qualibet addi.

n u non iunges, reliquis vocalibus addes.

cuiibet r iungis; s insuper omnibus addis.

b quoque praeposita datur omnibus s sociata. 90

uls ut plus sequitur, sed et ems ut hiems reperitur.

s, si praepones n, omnibus addere debes.

non u, sed reliquis s, p praecedente, locabis.

non i, sed reliquae praecedunt r s sociatae.

dicimus aes ut praes, aus ut laus iungere debes. 95

irps ut stirps iungis, u solam t sociabis.

VARIA LECTIO.

77 vulgus *P* populus fluvius quoque dant us *om.* *P* fluvius quoque
dant us| fluviusque corusque *m. rec. in ras.* *S* populusque chorussque *e*
v. 78 om. SPe 79 decet i quintoque locari| quinto simul i sociabis *P Me,*
m. rec. in ras. L : v. 80 om. A2 81 etheroclitia *codl. v. 81 post 84 colloc. e,*
post 83 S 83 finit| ponit *S* sociavit| sociabit *A1 A2 SPe* 84 dabis
A3 MP illis| istis *S* 86 e iungens *A2* volt *SP* 88 iunge et adde *SP Me*
89 iunges et addes *Me* 91 sed et ems| sed et m *A1* sed ems *M* hiems
codl. 92 n si praeponas s *A1* n si praepones s *M* s si praepones n *PS*
94 sociatae| sociante *LM* 96 iungis *om., m. rec. add. P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

78 *Prisc. 272¹¹ — 273⁹.* — exemplum: Panthus Panthu' 79—84 *Prisc.*
305²³—311⁶ 85—98 *Prisc. 311¹²—321⁶* 86 exempla: 'hac adeo David'
87 'animal mel pugil sol consul' 88 'Titan nomen delphin daemon'
89 'exemplar pater martyr soror fur; mas dives panis mos mus' 90 'Arabs
caelebs chalybs scobs urbs' 92 'dodrans mens Tiryns mons Aruns'
93 'dups adeps stips inops' 94 'pars iners mors Tiburs' 96 'u solam
t soc.' sc. 'caput' e. comp.

x quoque vocali patietur cuilibet addi.
 alx dabit anx, arx, unx, ut calx, lanx, arx quoque coniunx.

Format nomen in a genetivum tis sibi iuncta.
 is facies ex e, veluti mare sive sedile. 100
 onis habes ex o; sed inis do perficit et go
 femineo genere; nemo sociatur homoque
 ordo vel margo, cardo, cum turbine virgo.
 sic et Apollo facit; Britonisque Brito, caro carnis.
 lac lactis ponit, allec allecis habebit. 105
 is post l pone; sed lis mel felque dedere.
 al alis longam dat neutrum, cetera curtam;
 curtam pone salis; el, ol dant elis et olis.
 ul dat ulis, il ilis: pugil et consul tibi testis.
 an erit is iuncta fietque paenultima longa. 110
 e super n dat inis curtam; sed deme lienis,
 renis, Syrenis, splenisque; sed in dabit inis.
 on sibi copulat is; sed quaedam propria dant tis.
 quod nomen proprium, quod non, ita sit tibi notum:
 id proprium dices, quod non notat univoce res 115
 plures; namque duo sensu non signat in uno,
 non licet univoce proprium tibi plura notare.
 appellativis varias res univocabis.
 is post ar pone, sed far facit r geminare.
 quae primaria sunt, nisi Naris, curta manebunt; 120

VARIA LECTIO.

97 quoque] cum e, *in ras.* S cuilibet] qualibet A₂SPMe 100 sedile]
 cubile A₃SMc mare sive sedile] presepe cubile P post v. 102 excipitur
 Macedo Dido add. M 103 vel] cum P 104 Britonisque Brito] Brito
 Britonis e 105 allec allecis A₁M 106 pone] iunge A₁P 107 det A₁ neutro e₂
 108 el ol dant] longam dant Pe 109 pugil et consul] consul pugil est
 P.M 110 fietque] fueritque P 111 dat inis curtam] curtam dat
 inis S 114 sit] fit A₃ 119 pone] iunge A₁A₂P 120 nares M

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

97 'pax lex nix nox nux' 99 *Prisc.* 19914-16 100 *Prisc.* 203a-12
 101-104 *Prisc.* 2052a-20918 'Britonis' cf. v. 2148. 105 *Prisc.* 2124-16
 106-113 *Prisc.* 2148-22020 114-118 *Prisc.* 5814-18 119-121 *Prisc.*
 2221-22316

in derivatis neutris producitur aris.
 primitialis erit vox, in qua dicitur esse
 primum praepositae data significatio sectae;
 est derivata vox, quae descendit ab illa.
 simplicium norma formabis compositiva. 125
 dictio compositam dicetur habere figuram,
 quam licet in geminas partes distinguere, quarum
 significata gerat vox designanda per ipsam.
 non poteris tale sub simplice scisma notare.
 et dices epatis, iubaris cum nectare ponis; 130
 asparis usus habet et bostaris [adicis illis].
 er tibi praebet eris; cer mobile vertitur in eris.
 ter per tris forma; sint iupiter et later extra
 et luter, spinter, stater, his coniunge character,
 aether et crater; per bris formabitur imber 135

VARIA LECTIO.

121 derivativis *Se* 124 derivata| derivativa *LS e* 128 designanda|
 distinguenda *L* designata *M* ipsam| illum *P* 129 cisma *A1* scisma *L*
scisma cett. codd. 131 | | *inclusa om. A2A3P, add. L, charact. min. add. S*
additur istis add. A1 insuper addis add. e insuper addas add. Io. Garl. (Ar)
et bostar bostaris addes M 133 sit *P* 134 luter| lynther *A1* linther *M*
linter e spinter| panther A2A3LMS e his coniunge| his adiunge *S* et
 iunge *M* his iunge *e v. 134 om. P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

122 -124 *Prisc. 570-11 Charis. 15120-15510 Diom. 32317-20* 126-129
Prisc. 17710-17816 Diom. 30124-30 Charis. 15321-25 130 'épar' sive
 'hëpar' pro ἥπαρ *Ysengr. VII 287, 133 att. ll.* 131 *Prisc. 2224.* —
 'aspar, paries' *Gl. M* 'aspar est paries de asseribus factus et dicitur
 ab asser et paries' *Gl. n. cf. Du Cange* 'bostar stabulum boum' *Gl. M*
 'est bostar statio bonis' *Io. Garl. 240* 'bostar locus ubi stant boves'
Isid. gl. ap. Loewe 74 cf. Egl. L. I 1713 Osb. Pan. 69 Brev. Benth.,
Pap., Du Cange. — paenultimam genetivi hoc sensu produci volunt
Hug., Io. Ian., Brev. Benth., Gl. n. 'cum bostar presepe notat produ-
 citur aris, cum proprium nomen, tunc brevitur aris' *Brev. Benth.,*
Gl. n. 'dicimus hic bostar pro quodam barbaro, et nihil est hoc bostar;
 unde corripit paenultimam et nunquam producit' *Mag. quidam ap.*
Io. Ian., qui quidem addit: 'nobis autem magis placent prius per Hug. et
Pap. dicta' 132 sq. *Prisc. 22817-22920* 134 'luter, labrum' *Charis.*
K. I 553as Bede de orth. K. VII 27818 'dicitur lavatorium et quodeunque
 vas purgandis sordibus deputatum' *Hug. cf. Io. Ian., Brev., Du Cange,*

et sua composita; ver et panther dabit oris.
 ir breviabit iris, martyr fiat tibi testis.
 is post or iunge; cor cordis debet habere.
 mas aut commune dabit oris femineumque;
 format oris rhetor, memor, arbor neutraque, castor 140
 et quaedam propria, velut Hectoris [associantur].
 ur tibi format uris, sed fur subdit sibi furis.
 robur praebet oris, ebur et iecur et femur addis. ✓
 ex as est atis; elephasque gigasque dat antis
 et diamas, adamas, veterum quoque propria quaedam. 145
 mas maris, as assis, vas vasis; vas vadis, isti
 iunges, quae Pallas vel lampas format et Arcas.
 his similem formam dant patronymica quaedam.
 sic brevis as format genitivum [Graecus os addit].
 mas aut commune, si fiat in es breviatam, 150

VARIO LECTIO.

136 et sua composita] non sine compositis *S* et panther] aut panther *As* et crater *Me* aut crater *S* 137 fiat] fiet *M* fuerit *P* 140 oris rhetor] rethor oris *S* 141 [associantur] *om. A₂P*, *add. A₁S* adde tenenda *add. Io. Garl. (Ar) L* addeque Nestor *add. (in ras. ut vid.) M* castor *r (sic) add. As* 142 format] prebet *P/Me* 143 praebet] forinat *M* 145 dyamas *L* [propria] nomini *S* 146 vas vadis vas vassis *M* isti istis *Me eras. P* 147 vel] et *A₁* sic *e eras. S* lampas format et Arcas] format (*t eras.*) lampas et archas *S* format vel lampas et archas *P/M* 149 genitivum *om. P* [Graecus os addit] *om. L A P*, *add. Se* grecus et os dat *add. M* os graecus addit (!) *Io. Garl. (Ar)* 150 fiat] fiet *As M*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

Eg. L. I 392 'vas neneum XI batos capiens; luterus in Reg. libro conchae vel canthari aquarum, dicuntur' *Pap. cf. Rönsch 213* 'est animal luter (tentonice cyn otter), est cantharus atque lavaerum' *Gl. n.* 'luter lutr' pro 'lutra' (Otter) occurrit in *Erb. 151. 174. 193. 215. 314 all. II.*

136 'et sua c.': 'September October' *Prisc. 150¹⁹ 230¹⁸ Charis. 135⁹ Isid. etym. I 6. cf. v. 245* 137 *Prisc. 234¹⁶-17 Ars mon. K. Suppl. 1142³-27 138-141 Prisc. 234¹⁸-237¹⁹* 142-143 *Prisc. 237²⁰-238⁰ 145-149 Prisc. 238²⁰-239¹⁴* 'diamas': 'lapis pretiosus, et habet n in obliquis' *Io. Iun., Brer. cf. Henrichm., Sulpit., Desputat. 578* 'ubi diamas legerit (sc. Alexander), ab eius sectatoribus discere operae pretium esset' *Pylades*

e mutans dat itis: miles fiat tibi testis.
 ut praepes, dat otis diphthongus in antesuprema.
 quae derivantur a verbis associantur,
 in quibus e curta reperitur in antesuprema.
 inquires est curta; tamen etis erit sibi iuncta. 155
 femineum dat etis curtam: seges est tibi testis.
 a pede compositum dat edis; sed apes removebis.
 quod praebet sedeo, formabit idis genetivo.
 es longam mutabis in is; sed deme quietis,
 heredis, Cereris, mercedis vel locupletis, 160
 magnetis iunges, Agnetis [dicere debes].
 cum praestit i, formabit etis: paries tibi testis.
 is correpta sibi similem faciet genetivum;
 cuspidis et lapidis et cassidis excipiantur,
 et chlamydis dices. 165
 sanguinis, et dices exanguis, et aspidis addes,
 aegidis atque notes et patronymica iunges.
 Tethyos et Thetidis dices; Paris is dat idisque;
 sardis inis; sed iaspis idis; sic ibidis ibis.

VARIA LECTIO.

v. 151 om., n. rec. add. inter lin. P fiat| stipes MP eras. S stipes
 miles est tibi testis (!) e 161 || inclusa om. LA1 A2, add. SA3 addere
 debes add. Me iungere debes add. Io. Garl. (Ar) demere debes add. P
 164 cassidis| inspidis SP et cassidis excipiantur| elumidis cum casside
 demis M 165 hemist. om. Io. Garl. (Ar) Me elumidis codd. 167 et|
 sic A3Se iunges| formes A3Se 168 Paris is dat| is paris dat A1
 v. 168 post 171 colloc. P Me 169 sed| dat A2 PM iaspis| cassis S

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

151--158 Prisc. 2406--2426 153 sq. ex.: ab 'hebeo hebes etis',
 a 'tero teres etis' 159 sq. Prisc. 2429 2437 161 'Agnetis'
 cf. Io. Ian., Brev., Salpit. 162 Prisc. 2417--9 163 Prisc. 2506--8
 164 Prisc. 2508, 18 2513 165 Prisc. 27515 166 Prisc. 25012 2517
 168 Prisc. 31710 169 'sardis inis': 'dic sardis sardis genitivo, dum
 notat urbem; sardis inis lapis est, proprium vel insula sardis' Gl. n. 'sardis
 sardinis, lapillus' Salpit. 'apud doctos per secundam declinationem sardus
 sardi flectitur, non sardis sardinis, nisi semel in Apocalypsi: "qui sedebat,
 similis erat aspectui lapidis, iaspidis et sardinis" Despaunt. 86 'proh Iupiter,
 in quibus doctorum monumentis Sardinis bonus ille magister viderat?'
 Pylades

Isidis adiunges; indeclinabile semis 170
 est pro dimidio; pondus semissis habeto;
 et Thybris Thybridis, tigrisque, Quirisque Quiritis.
 quod dedit er, dat eris: pulvis vomisque cinisque
 et cucumis [pariter praedictis associabis].
 is itis producta dabit; tamen excipientur 175
 glis gliris glissis et vis.
 oris formabit os pro mare; deme nepotis.
 cetera dant otis, sed de potis hoc breviabis,
 sed bovis et gloris demantur et oris et ossis,
 custodis, simul herois, Minos sit in illis. 180
 us cartan dat oris neutro; sed eris damus illis,
 quae dant lus, uus, dus; sed oris praebet tibi fenus
 et facinus, pignus; intercus utis tibi praebet.
 dat pecus haec pecudis, pecus hoc pecoris sibi iungit.
 haec formas in eris, quae sunt confinia verbis, 185
 in quibus e curta reperitur in antesuprema.
 neutrum declina, quod comparat, ut duo prima.
 dant acerris leporis acus et lepus, addito tempus.

VARIA LECTIO.

170 Ysidis *LA1A2S* 172 et Thybris Thybridis] et tybris et
 tybridis *LS* [tigrisque] tigris *Pe* 173 pulvis vomisque] vomis pulvis-
 que *Me* v. 174 *om. P* [] inclusa *om. LA1A2S*, add. *Io. Gurl. (Ar)*
A3 Me 175 excipientur] excipiuntur. *A3* excipiuntur *M* excipiuntur *e*
 176 glis gliris glissis et vis] *LA1A2* glis gliris glissis *A3* glis glissis gliris *P*
 glis gliris glissis glis glitis non cadit extra *Io. Gurl. (Ar) SMe* 178 hoc]
 o *Se* 179 demantur] dematur *P* 180 Minos sit in illis] minois sociabis
 (sociabis *m. rec. in ras.*) *S* minois et adlis *M* sociabitur istis *e* sic quoque
 custodis simul heroys (*cell. om.*) *P* 184 iungit] subdit *P* 188 et *om. A1*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

170 sq. 'semis amicus indeclinabile semper, semis semissis dicitur
 dimidius pos' *Græc. XII 247* cf. *Mag. Caes. 24 Despaui 86 Pylad.*
carin. 'semis semissis' *Prisc. 25018* 173 sq. *Prisc. 24916-18* 175 *Prisc.*
24815 176 'glis gliris et vis' *Prisc. 2498-14* 'glis glissis' = terra tenax
 cf. v. 446 sq., ubi plura adnotabimus 177 sq. *Prisc. 2531-15* 179 *Prisc.*
25316 25413, 14 180 *Prisc. 25414 2551* 181 sq. *Prisc. 27310-20*
 183 *Prisc. 2741 2711* 184 *Prisc. 2703-5* 185 sq. *Prisc. 27412-16, 21-26.* —
 exemplum: a 'vulnere vulnus', ab 'ulcero ulcus' 187 *Prisc. 2741-3*

us producta tibi dabit utis; deme paludis
 et quos dant tellus, incus. 190
 formabunt uris monosyllaba; grus gruis et sus
 dat suis.
 aes aeris dabitur, praes praedis, laus quoque laudis,
 fraus fraudis [pariter, sed Emaus non flectere dicis].
 si praecit s b vel m vel p, faciens genetivum 195
 interpones i; tamen e si b praecit aut p,
 e mutatur in i, si non monosyllaba fiant;
 aucupis excipitur [ex auceps quod reperitur].
 l s aut n s aut r s s removebis,
 tis iunges, frondis, lendis glandisque remotis, 200
 quae cor vel pendo componit, eis sociando.
 semper iens cum prole sua formabit euntis;
 ambio lege caret uncisque, quod uncia format.
 ut tibi format itis: sic per caput esse probabis.
 a verbis in go veniens x gis tibi format; 205
 coniugis n removet [cum rectus n sibi servet].
 cis iungunt alia, tamen x prius inde remota.
 e super x, nisi sint monosyllaba compositumve,

VARIA LECTIO.

189 utis deme] utis sed deme *Me* 190 quos] que *S* tellus incus]
 tellus et incus *As e* incus et tellus *M* demenda tenebis *add. Io. Gurl.*
(Ar) et *S* 191 grus gruis] grus tamen *M* 192 datque suis *Le*
 dant gruis atque suis *M* *hemist.* 192 *om. Io. Gurl. (Ar)* *SAs*
 193 laus q. laudis] fraus quoque fraudis *As* 194 fraus fraudis] et
 laudis *As* [] *inclusa om. SAP, add. L* iungis sed *E. n. f. d. add.*
Io. Gurl. (Ar) iunges Emaus nisi fl. debes *add. M* iunges *E.* non
 fl. debes *add. e* 196 interponas *S* 197 fiat *M* 198 [] *inclusa add.*
Io. Gurl. (Ar) *Me v.* 198 *om. S* 200 iunges] iungens *A2 SP* 204 tibi]
 quoque *P* format] prebet *As M* 206 [] *inclusa om. AP Par Pav, add.*
Io. Gurl. (Ar) *LSA Me* (tibi *Io. Gurl. et S*)

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

189 sq. *Prisc.* 26719-22 26924 191 sq. *Prisc.* 2659-16 193 sq.
Prisc. 27515-20 195-198 *Prisc.* 28010-13 199 sq. *Prisc.* 28110-15
 201 *Prisc.* 2827-12. — ex.: 'concois libripens' 203 'uncisque q. u. f.'
 sc. 'quincuns decuns' etc., ut tunc vulgo scribebatur; cf. *Desaut.* 60, a quo
 haec scriptura improbatur 205 sq. *Prisc.* 2782-12 207 *Prisc.* 27820
 208 sq. *Prisc.* 2791-3

ex ipsis e por i mutant, quae vult breviri;
 lodicis demes, vervecis dicere debes. 210
 si mas fiat in ix, dat icis; mastix dabit icis
 et Phoenix icis, bombyx bombycis habebit.
 cetera, quae dant x, producant antesupremam;
 sed gregis atque crucis, facis et picis et nucis inde
 excipis atque trucidis, ducis et salicis silicisque. 215
 nec g nec e tenent, quae dant nix atque supellex.
 die senis et noctis, Sphingos vel dicito Sphingis.
 crementum duplex debet formare supellex;
 quae das a capite, velut anceps, iunge, bicepsque.
 per praedicta tibi patet excessus genetivi. 220

VARIA LECTIO.

209 volt *P* 211 flet *M* mastix] fenix *MP* 212 et Phoenix icis]
 et mastix icis *M* fenix fenicis *e* et mastix iungos bombex *henist. in P*
 214 crucis] trucidis *P.M.A* picis et nucis] nucis et picis *SP* nucis et picis *Me*
 facis et picis et n. i] ducis et salicis silicisque *A1* 215 trucidis ducis] ducis
 trucidis *S* ducis crucis *Me* erucis ducis *A2* excipis et ducis atque crucis
 salicis silicisque *P* ducis et s. sq.] facis et picis et nucis inde *A1* silicisque]
 silicisque *Me* post v. 215 et stigis atque frigis *add. M* 217 Sphingos
 v. d. Sphingis] spingis vel d. spingos *Se* spingos vel quoque spingis (!) *M*
cc. 216 et 217 omnis rectus in x in eis vel gis genitivum terminat absque
 senex et nox nix atque supellex *P* 218 superlex *LA1* 219 quae das]
 quod das *A2* quod datur *P* post v. 219 sic iter is format, sed non ut regula creant
add. M ac iter optat eris, sed non ut regula quaerit *add. e* v. 220 om. *P*.

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

210 *Prisc.* 1656-14. -- 'lodex icis': nominativus 'lodex' pro 'lodix' etiam
 v. 2065, in codd. *Io. Garl. r.* 631 et ap. *Salpil.* occurrit 'lodices a ludis
 dici putantur; theatrales enim his faciem cooperibant, cum hypanar intrabant'
Pap.; cf. *Isid. etym.* XIX 26; 'lodex est vestis qua tegitur lectus' *Gl. n.*
 211 *Prisc.* 2799-5. -- 'mastix icis': 'mastix arboris lentisei gutta est haec
 granomastix dicta, quin in modum granorum est' *Isid. etym.* XIII 8 cf. *Pap.*,
Osb. Pan. 366, *Salpil.* 'est herba quaedam vel gummi' *Gl. n. ad v.* 2061
 'est genus gummi consolidans dentes' *Hug., Io. Ian., Brev.* 'dubitatur de hoc
 nomine an producat paenultimam in obliquis: dicunt quidam, quod sic. . .;
 alii dicunt, cum quibus ego, quod hoc nomen mastix corripit paenultimam,
 sicut fornix eis' *Io. Ian.* 'mastix . . . teste Pylade 'flagellum, non lacrima
 lentisei' *Despaut.* 614 cf. *Neue* I 110, qui quidem 'mastix mastichis' ex-
 hibet; de genere vide etiam v. 691, de quantitate genetivi v. 2064
 212 *Prisc.* 3231 213-219 *Prisc.* 2799-19 2801-6, 13-15

Is genetivus habet; sed tertius i tibi praebet.
 cum dedit es Graecus, fit saepe per i genetivus.
 em retinet quartus; sed in im quandoque locamus:
 magadarim, turrim, pelvim, sitimque securim,
 vim, burim, restim, puppim tussimque, Charybdim. 225
 his quaedam propria sociantur paucae Graeca,
 ut Tigrim, Thybrim, Tripolim, Syrtim, vel eclipsim;
 Iris et hypocrisis sociantur eis et Erinys.
 em dat et im restis, turris cum puppe, securis.
 quin etiam multa per a ponuntur quasi Graeca. 230
 neutra notare decet; sic nullum regula fallit.
 par recto quintus; sed saepe tamen facit usus
 ad morem Graeci, ceu Thebai Pallaque, Colchi.
 es Graeci longae simul es subiungitur eque.
 sextus in i vel in e; quandoque tamen dat utrumque. 235
 i dat nomen in e; quaedam retrahi decet inde:
 gausape, Praeneste praesepeque, cepe, Soracte.
 cum praeci er aut is, per e si neutrale sequatur,
 ablativus in i debet tantummodo poni.
 quod fit in al vel in ar, sic formas, dum genetivo 240

VARIA LECTIO.

222 dedit] dabit *P* tenet *Me* 223 sed] et *M* 224 pelvim sitim-
 que securim] burim pelvimque securim *S* puppim tussimque] caribdim *P*
 225 vim burim] vimque sitim *S* puppim tussimque] tussim puppinque *S*
 pelvim sitimque *P* Charybdim] securim *P* v. in marg. *adscr. omitta voce*
 puppim *M* 226 sociamus *SMe* 227 tibrim tigrim *M* 228 Yris et
 ypocrisis (ipocrisis ipocrisis) *codd.* sociantur *S* herinis *LA1AsM* erinis
SP.A2 229 turris restis *A1SM* cum puppe] puppisque *SP.Me* post v.
 229 additur et navis *add. L* 231 fallit *AsSe* sic nullum r. f.] om. *PM*
 233 ceu] sed *LA* 235 in e vel in i *SP* 237 Praeneste praesepe-
 que] praesepe prenestique *As* praesepe prenesti *SMe* cepe Soracte]
 soracteque cepe *SP.M* cepeque soracte *e* praesepe prenesti soracteque cepe
m. rec. add. P 238 aut is om. *A1* sequetur *A1* 240 in ar vel in al
A1P in al vel ar *S* sic formas dum genetivo] formato de genetivo *P*
 normam servabit eandem *Io. Garl. (Ar) Se, m. rec. in ras. L* norma for-
 matur eadem *M*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

222-229 *Prisc.* 3271-33010 230 *Prisc.* 33010-16 232 sq. *Prisc.*
 33017-33116 234 *Prisc.* 2773 28816 235-237 *Prisc.* 33112-33319
 2038-14 238 sq. *Prisc.* 3317 33516 240 sq. *Prisc.* 3312-6 33912

a longam teneas; dat e far, par i vel e ponas.
 quod fit in as longam gentile per i vel e ponam.
 consona si praecit is dupla, sextus in i vel e finit;
 testis cum peste per e fit iuncta sibi veste.
 quatuor imber habet, quibus i tantummodo praebet, 245
 i dant tres menses; solam dat e sospes et hospes.
 quidam pro certo reputant e vel i dare sexto
 cuncta trium generum; sed degener, uber e tantum,
 ipsa tamen reperimus in i [sed non nisi raro].
 ponunt alterutrum, si fiat mobile fluxum. 250
 invenies alia per e saepius esse notata.
 quod dedit in quarto casu, solet i dare sexto.

Primo plurali dabis es, et ei sociabis
 quantum cum quinto; sed a debes ponere neutro.
 si sexto dabitur i sola vel i simul eque, 255
 fit neutrum per ia; quod comparat inde retracta.
 ludicra vel vetera dices, amplustraque iunges.
 cum dedit e solam sextus, solam dat a rectus.

VARIO LECTIO

241 a longam teneas *rell. om. e* cum lare sal demas sed far par i vel e ponas
Io. Garl. (Ar) cum lare sal demas et far par i vel e ponat *S* cum lare
 sal demas far par in i vel in e ponas *Mei post e. 241* cum lare sal demas *add. P*
 242 ponam | ponas (*s in ras*) *S* 243 o finit | in e fit *S ez* 247 certo |
 recto *S* 249 [] *inclusa om. A1 A2 P MPai Pau, add. Io. Garl. (Ar)*
LSAye 251 notata | locata *S. A3 Me post e. 252* cum dedit e solam
 sextus solam dat a sexto (*sic*) *add. S* in quod dabitur cum sexto dabit i
 vel e finem *add. ez* 253 primus pluralis dabit es *SP Me v. 254* imo
mg. adsc. A2 257 aplustra *M* a. plustra (*m eras.*) *L* amplustra *cell. codd.*
et e 258 dedit | dabit *A2*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

242 *Prisc. 337a-20 34817-21* 243 *Prisc. 3441-3468 3489-10*
 245 sq. *Prisc. 33815-28 3391-7 34210-20.* — 'quatuor — praebet', sc.
 'September October November December' cf. v. 135 sq. 246 'i dant t. m.',
 sc. 'Aprilis Quintilis Sextilis' 247 sq. *Prisc. 33911-34215 34326*
 250 *Prisc. 33516-18 34710-13.* — 'si fiat m. P i. e., si adiectivum fiat sub-
 stantivum' 252 *Prisc. 33521-24* 253-258 *Prisc. 34926-3518*
 257 'amplustra' pro 'aplustra' tunc vulgo fere scribebatur cf. *Graec. X 13*
Mag. Cues. 51 Sulpit., Henrichm., Despaut., Du Cange. re vera 'amplustra'
 vel 'amplustria' vetustissima forma fuisse videtur; nam *Festus Pomp.* ab
 'amplius' amplustria derivat, sic exponens: 'aplustria navium ornamenta, quae,
 quia erant amplius quam essent necessaria usu, etiam amplustria dicebantur'.

praedictis saepe tribus is veteres posuere.
 um vel ium pone genetivo, vel dat utrumque. 260
 quod dabit i sexto, formabit ium genetivo,
 et praebens e vel i; quod comparat hinc volo demi.
 artificum iunge, memorum, veterum vigilumque,
 atque sacerdotum, custodum, vel locupletum.
 e per ium fit et l; fraus et laus um tibi praebent. 265
 non crescens per ium facit es aut is genetivum;
 um dat apis, volueris panisque, canis iuvenisque,
 et soboles, heresis cum fruge vel indole, vates.
 ons per ium formas; s iunges r praeunte,
 consors atque cohors demantur [quae faciunt um]. 270
 simplex compositi normam quandoque tenebit:
 sic cor opesque probant [si componatur utrumque].
 saepe per um vel ium facit ans aut ens genetivum.
 glans dat ium, gens, mens, dens, consociabitur illis
 calx, plebs, puls, seps, stirps per ium, falx, arx simul et lanx. 275
 dempta carne per um facies a vel o, sociando

VARIO LECTIO.

re. 258. 259 inverso ordine in P 261 dabit | dedit *SM* 263 memorum |
 nemorum *L A1 P* 265 fraus et laus | sed fraus laus *P* praebent |
 praebet *P Me* 266 es aut is | is aut is (*sic*) *S* is aut es *e* 267 panis-
 que canis | panisque cinis *L* panis canis *A1 A2 Se* invenis panisque canis-
 que *M* 268 vatium *A1* 269 formas | format *S* iunges | iungis (*in ras.*) *S*
 270 demantur consors et cohors *M* [] *inclusa om. A P Pau, add. Io. Garl.*
(Ar) SL (nam pro quae *L*) 272 [] *inclusa om. A P MPai, add. Io. Garl.*
(Ar) SL e (componatur *Le*) 273 ens aut ans *L* 274 mens dens | deus
 mens *SM* deus et mens *A3* consociabitur illis | *om. P* sociabitur istis (*m.*
rec. in ras.) *S* sociabitur illis *M* iungitur istis *A1* glans dat ium quoque
 dens gens mens sociabitur illis *ez* 275 plebs puls | puls plebs *S* falx *om. A2*,
eras. A3 P, in ras. add. S calx *A1* falx pl. p. s. st. urbs et calx a. s. et l. *e*
 276 sociando | genitivum *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

259 *Prisc. 33518-3622* 260-262 *Prisc. 35110-35210* 263 *Prisc.*
35317, 19 3543, 19 266 *Prisc. 35226-3532* 267 *Prisc. 3538* 268 'heresis':
 gen. pl. 'heresium' ap. *Augustin. serm. LX 3*; de quantitate primae syllabae
 vido v. 1810 272 *Prisc. 35419.* — ex.: 'vecors inops' 273 *Prisc.*
35114-21 274-279 cf. *Prisc. 35211-35414* 276 'carnium': *Augustin.*
de civ. dei XIII 24, Hieron. ep. C 6 Tert. resurr. carn. 32

il vel ul nque simul, or solam iungimus irque;
 cor demes, or et ur pones, as addere debes;
 quae monosyllaba sunt, adines [quod comprobatur hic mas].
 si crescant is et es dant um; monosyllaba demes. 280
 plus dat ium, sed pes dabit um; pluralia sola
 quae dant es, fiunt per ium; sed deme penatum.
 praeter os um faciunt os et us, sed et s praecunte
 b vel p ponis et t; monosyllaba demis.
 supradicta notes, sed ium per cetera formes, 285
 quae praebent e vel i sexto; facit um sibi subdi,
 quod datur a capio: sic municipum tibi formo.
 eamque caput dabit eps, formabit ium, velut anceps.
 x fixum dabit um nisi nox nix atque supellex;
 um supplex, complex [sed ium format tibi simplex] 290
 more metri demit his usus saepe vel addit:
 i proceres iacit uque boves, u suscipit ales.
 tertius est in ibus, et ei sextum sociamus,
 dicamusque boum seu bobus [duplice casu].
 Quarta dat us recto; dabit u, sed non nisi neutro. 295
 u non mutabis, donec plurale tenebis.

VARIA LECTIO.

278 demens or et ur ponens A_3 demens or et ur pones S 279 || *inclusa om. A P Paj.* *add. Io. Garl. (Ar) L.* mas est tibi testis *add. S* ut vas
 vadis et mas *add. Me* 282 penates P 283 os et us || os us A_1 sed et s | sed s
 $L. Me$ 284 pones $S P$ ponas e et | vel P demes $S P$ demas e 285 sed | et A_1
 289 nox nix | nix nox $A_3. Me$ 290 || *inclusa om. A M, add. Io. Garl. (Ar) L.* e
 (faciet *pro* format *Io. Garl.*, facit (!) e) faciunt idem quoque index *add. P*
 et index *rell. om. add. S* 293 sociemus e 294 dicimusque bonum (!) Me et
 seu| eui $L.$ seu bobus *etc. om. M* || *inclusa om. L A P, add. S e* (duplici e)
cc. 293. 294 inverso ordine exhibentur in M *re. 296. 297. inverso ordine in S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

277 ex.: 'vigil consul nomen pater martyr' 278 'cordium': *Vulg.*
ler. IV 4,1 Cor. IV 5 cf. *Henrichs, Neue I 273*. — ex.: 'soror fur
 civitas' 280-282 cf. *Prisc. 35511-20*. — ex.: 'lapis miles; lis praes'
 282 'genetivus plur. facit penatum et per sinecopam penatum' *Io. Iun.*
 283 ex.: 'os ossium flos florum corpus corporum' 284 ex.: 'Arabs princeps caput
 saepe plebs' cf. v. 275 287 *Prisc. 35220* 288 *Prisc. 35221-25* 289 'x
 fixum' i. e. substantivum in x desinens, ut 'rex lex dux' 'supellectilium' cf. *adn.*
ad. v. 381 292-294 *Prisc. 35526 3561-10*. — v. 292 etiam in *Græc. XXV 180*
invenitur. 295-299 *Prisc. 3624-36326*

us genetivus habet; sed tertius ui tibi praebet.
 um quarto dabitur; quintus recto sociatur.
 u sextus retinet; sed flecte domum sapienter.

Primo plurali dabis us binos sociando; 300
 neutra notare decet; genetivus uum tibi praebet;
 datque dativus ibus sextusque, sed excipiemus:
 ante bus u servant ficus, tribus, arcus acusque,
 artus cum veribus, portus partusque lacusque,
 et specus et querens. 305

Es rectus quintae dat semper et est muliebre;
 mentē diem memori volo compositumque teneri.
 ei dicetis genetivis atque dativis.
 em quarto, quinto damus es, decet e dare sexto.

Primo plurali dabis es, qui vult sibi subdi 310
 quantum cum quinto, tribuens erum genetivo.
 tertius et sextus semper formantur in ebus.
 desunt plurali genetivi sive dativi
 et sexti quintae nisi res speciosae diesque,
 progenies et maneries die materiesque. 315

Rectos compone, simul inflectantur utrinque.
 non sic alterutrum declines nec leopardum.
 obliquo rectum componens iungis in unum;

VARIA LECTIO.

297 sed | et $P e$ (tertius) ternus $A_1 P$ 298 sociatur | similatur $A_3 P M$
 simulatur S 299 u sextusque tenet M 300 dabit $S P$ 302 exci-
 pientur A_2 303 arcus | artus Me 304 artus | arcus $M e$ 305 *hemistich.*
exhib. A P M Paj Paj Paj Paj, om. L specus hic hec hoc reperitur
add. S h' et h' et hoc reperimus (!) *add. Io. Garl. (Ar)* 308 dica-
 mus A_3 309 quinto dabis es M damus es quinto S 310 volt P subdi |
 iungi $A_2 A_3 M$ 316 simul flectantur $A_1 Me$ utrinque | utrumque $A_2 A_3 Se$

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

300-305 *Prisc. 36327-36510* 306-309 *Prisc. 36512-36710*
 310-314 *Prisc. 36712-3688* 315 'maneries est similitudo vel forma
 rei' *Gl. n.* vocabulum, quod *Salpilio* barbarum est, (extat tamen in edit.
Lips. 1503) afferunt, etiam *Græc. XI 163 May. Caes. 55. 138 Henrichs.*
cf. Du Cange. unde exortum est nomen Gall. 'manière' 316 ex.:
 'respublica reipublice iusurandum iuris iurandi' 318 sq. ex.: 'legis-
 lator legislatoris paterfamilias patrisfamilias'

ex sola parte recti decet hunc variare.
si componantur obliqui, non variantur. 320

Patronymica dat tibi declinatio prima,
quae dantur maribus; sed in es rectum faciemus.
am quartus casus aut en gerit; e vel a quintus,
et reperitur in es.
ablativus in e vel in a, nec cetera muta. 325

Tertia feminea tibi patronymica format.
is recto praebens genetivus erit tibi crescens,
isque vel os faciet; a vel in quartus tibi praebet;
quintus i servabit, sed rectum non superabit.
e solam sextus tenet; esque vel as reperimus 330
plurali quarto; nil plus praeter metra muto.
interdum per ias haec patronymica formas.
as brevis in recto dat adis vel ados genetivo;
em vel a dat quartus; in e fit tantummodo sextus.
dans reliquos terna nil mutat in his nisi metra; 335
more vides Graeci tamen s quinto removeri.
ne plorisque damus, quibus e normam sociamus.

Cum dedit e Graecus recto, tenet es genetivus,
em aut en quartus; recto reliquos sociamus.
cum Graeci rectus tenet os, par est genetivus, 340
vel dat oy Graecus [melos et meloy tibi testis].
quartus on, os quintus, o tertius atque supremus.

VARIA LECTIO.

319 decet hunc] debes *P* decet hanc variari *e* 321 tibi dat *e*
c. 322 om. *A*₁ sed] et *S* post *c.* 322 ac genetivus habet per eandem pone
dativum *add. e* 324 et in em quartus reperitur *add. Io. Garl. (Ar)*
post *c.* 324 eque secundus habet et tertius e tibi praebet *add. S.* 326 patronymica]
declinatio *S* 327 praebens] faciens *S* 328 isque] is *Me* 2 praebet]
ponet *M* subdet *P* 334 in e fit] fit in e *Me* *c.* 337 post *c.* 339 in *S*
339 em aut en] em aut in *A*₁ *A*₂ em dat et n *A*₃ *SPMe* recto reliquos]
reliquos recto *A*₂ *SPMe* 341 [] inclusa om. *LAPaiPaa*, *add. Io. Garl.*
(Ar) SP et sic geminat genetivum *add. Me*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

320 ex.: 'huiusmodi huiusmodi' 321-336 *Prisc. 62-67*
337 *Prisc. 68b-8*

saepe dat is rectus: dat ios vel eos genetivus;
 im quartus dabit, i quintus, neuter superabit.
 fit quintus recto par declinante Latino. 345
 dat genesis quintum similem sibi; dat genetivum
 is vel eos; tenet im quartus, reliquique dabunt i.
 die Moyses Moysi, reliquos tornae sociabis.
 dat Iesus um quarto, reliquis u semper habeto.
 Est declinandi pronomina norma quaternaria. 350
 estque mei vel mis in prima tuque sui que.
 recto personae non servit regula primae.
 debet ius facere genetivum norma secundae;
 debes formare per eam pronomina quinque.
 his octo species primaria dicitur esse. 355
 monstrant et referunt haec et quasi fixa manebunt.
 deque tribus primis septem fit origo supremis.
 personas duplices haec designare videntur;
 cum possessore possessio significatur.
 formans quis vel qui Donato crede minori. 360

VARIA LECTIO

348 genitivos *S* re. 346. 347 in marg. adscr. *P* 347 reliquique].
 ceterique *S* 348 die] dat *PM* 351 tuque] tuique *SAze* 356 haec
 om. e 358 designare] demonstrare *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

348 'Moses': gen. 'Moysi' *Vulg. exod. VIII 13* dat. 'Moysi' *exod. Vulg. V 20* acc. 'Moyse' *Vulg. exod. II 15* abl. 'Moysc' *Vulg. exod. IX 11*, cf. *Henrichm., Kaulen 106 Neue I 333* 349 'Iesus': de formis cf. *Henrichm.*, de quantitate v. 1820 350--359 *Prisc. I 577--584 II 225--820*
 350 'sunt in pronomibus modi declinationum quatuor' *Prisc. II 226*
 352 'nominativus primae personae dissonus est a genetivo' *Prisc. II 227*
 354 'pronomina quinque' sc. 'ille ipse iste hic is' 355 sq. haec octo pronomina, sc. 'ego tu sui ille ipso iste hic is', sunt primitivae speciei, quia non derivantur ab aliis, sed alia derivantur ab ipsis, et haec octo pronomina sunt quasi fixa, i. e. substantiva; quorum quaedam sunt demonstrativa, sc. 'ego tu hic iste', quaedam relativa, sc. 'sui' et 'is', quaedam modo demonstrativa, modo relativa, sc. 'ille' et 'ipse' cf. *Gl. n.*
 357 'septem' sunt pronomina derivativae speciei, quae derivantur a tribus primis pronomibus primitivae speciei, sc. meus tuus suus noster vester nostras vestras' *Gl. n.* 358 sq. 'in omnibus derivativis pronomibus duae intelliguntur personae, intrinsecus possessoris, extrinsecus possessionis' etc. *Prisc. 580²⁴--26* 360 *Donat. K. II 358s--13*

tertia per primam sit nominis atque secundam.
has tres Donatus distinguit sufficienter.
quarta quidem tertiae par debet nominis esse.

[Capitulum II]

Haec tibi signabis, quae declinans variabis.
pascua sola datur et pascua plura dabuntur. 366
est zizania, sunt zizania plura -niaeque.
balnea die vel -eas, -ea non prius est, sed -eum das.
sic et amygdala die [-lum fructus, -lus dedit arbor].
delicium tibi sit, mihi semper deliciae sint.
hoc epulum comedis, epulaeque parantur amicis. 370

VARIA LECTIO.

362 distinguit donatus *Se* 365 et| sed *S* 367 est *om.* *Me*
368 amidala *A*1 amicalola *P* amigdala *coll.* *codd.* || *inclusa om.* *APM*
Pa *Pa2* *Pa4* *Pa*, *add. lo. Gurl. (Ar)* *L* sed a fructus lus lit et arbor
add. S pro fructu lus dabit arbor *add. c* 369 sit| lit *A*1 *cc.* 369. 370 *post*
r. 370 *colloc.* *PMc*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

361 tertius modus declinationis pronominum est, qui sequitur per omnia mobilium declinationem nominum, meus mea meum, tuus tua tuum, suus sua suum, noster nostra nostrum, vester vestra vestrum' *Prisc.* II 112-4
363 'quartus modus est, qui sequitur per omnes casus tertiae declinationis nominum: nostras nostratis' *Prisc.* II 116 365 'pascua genere feminino et pascua neutro pluraliter dicimus' *Beda de orthogr.* K. VII 28626 'pascua, ne' *Valg.* *paral.* I V 40 *psal.* LXXVIII 13 *Ezech.* XXXIV 14. cf. *Gruer.* XXV 256 *Manut.*, *Kauten* 135 *Rönsch* 101 *sq.* 366 'zizania, quam poetae infelix lolium dicunt, drauca, zizania significant scandala vel male viventes . . . ; zizania graecum est, zizanium vero a Latinis' *Pap.* 'hoc zizanium et haec zizania, seges vel herba perversa siue lolium' *Io. Iam.*, *Brev.* cf. *Valg.* *Matth.* XIII 26-30 *Osh. Pan.* 631 *Ysengr.* VII 617 *Salpit.*, *Despaut.* 109 *Manut.*, *Kauten* 93 *Rönsch* 247 *Du Cange* 367 'balneum balneae balnea orum' *Donat.* K. IV 375m *Serr.* in *Donat.* l. c. 4322-31 *Pomp.* K. V 16222-24 *Dion.* K. I 3277 cf. *Manut.*, *Neue* I 551 *sq.* 368 'amygdalum amygdalae amygdala' ['amygdalos'] gr. *ἀμυγδαλον* etc. *Serr.* in *Verg.* *ed.* II 52 V 10 in *georg.* I 187 *Io. Iam.* cf. *Manut.*, *Neue* I 518 'secundum modernos amygdala tam pro arbore quam pro fructu feminini generis reperitur' *Gl. Mc.* *Despaut.* 369 'delicium deliciae' cf. *Manut.*, *Neue* I 163 *sq.* 370 'epulum epulae' *Dion.* K. I 3277 *Phocas* K. V 42621 cf. *Manut.*, *Neue* I 551 *sq.*

est locus, atque loci sunt artis, sunt loca terrae.
sic iocus atque ioci, sunt et ioca plurima gentis.
balteus addatur, filum plurale sequatur.
carbasus una ratis, et carbasa plura videbis.
arbutus est similis, huic intiba, Pergama iungis. 375
cui caelum servit, caelos et cuncta creavit.
sic rastrum rastros porrumque facit tibi porros.
frenum detur equo, frenos et frena teneto.
sic claustrum formas, filum pariterque capistrum.
dicimus altilia, si plura, sit altilis una; 380

VARIA LECTIO.

372 genti *S. Ael.* *vv.* 372. 373 *inverso ordine in P* 373 filum|
neutrum *e* 374 una *eras.* *L* et| sed *S* 375 huic| his *A2* intiba *S. Ael. P*
v. 377 *post v.* 379 *colloc.* *P* 378 et| vel *A1* 379 formas claustrum *S*
filum pariterque capistrum *om.*, *m. rec. add.* *P* *post v.* 379 *ac* tam
adicias 'epigula dicere claustrum' *add. Io. Gurl. (Ar)* 380 sit| sed *A2*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

 que silex ramex dabit hic eulex quoque carex S adque silex pariter dabit
 h' ramex carexque P 688 hicque que eras. in S haec As retinebit re-
 monebit P 689 sed et Se locantur notetur P notentur Me 690 rex
 et grex grex et rex S Me

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

682—693 *Prisc.* 164b—167r 685 'obex' fem. gen: 'hanc obicom
 dicimus; dubitant enim multi utrum masculinum sit' *Serv. in Aen. VIII*
227; cf. *Phocas* 428²⁸. contra: 'modo usus habet, ut hic obex dicamus;
 Caper tamen in libris dubii generis probat dici et hic obex et haec
 obex, quod, ut diximus, hodie de usu recessit' *Serv. in Aen. X* 377;
 cf. *idem in Georg. II* 422 'obices masc. gen.' *ancor de dub. nom. K. V*
*383*³⁰; cf. *Io. Iun., Brev., Desput.* 64 *Neue I* 663 686 'forfex et forpex':
 'si a filo dicamus, f debemus ponere, ut forfices, quae sunt sartorum; si a
 pilo, p, ut forpices, quae sunt tonsorum; si a capiendis, c, ut forcipes, eo
 quod fornum capiunt, quae sunt fabrorum' *Cassiod. K. VII* 160¹⁰—161²
 iisdem fere verbis *Serr. in Aen. VIII* 453 *Albin K. VII* 302¹⁰—14 *Isid.*
etym. XX 23. unde versus: forfice fila, pilum cape forpice, forcipe ferrum'
Isid. l. c. Osb. Pan. 218 *Gracc. X* 166 'filorum forfex, ceps forri pexque
 pilorum' *Mane., Henrichm.* cf. *Du Cange*, et de gen. nominum *Neue I*
609, 663 'forpex Hermannus Torrentinus negat latine dici, licet in vo-
 cabulariis et grammaticis reperiatur' *Desput.* 'cortex atque silex' gen.
 masc. et fem. *Prisc.* 141¹⁷ 164¹², 21 167; *Diom.* 327¹² *Donat.* 375³² [*Sery.*]
in Donat. 193⁷ *Pomp.* 159³⁴ *Consent.* 345²⁶ *Phocas* 420³¹; cf. *Desput.* 63
Neue I 662 687 'ramex': 'a ramus dicitur hic ramix, i. e. mentula vel
 virga virilis' *Io. Iun.* cf. *Osob. Pan.* 503 *Du Cange.* 'ramex foem. gen.'
Salpiti., Henrichm. 'hic aut haec ramex' *Desput.*, qui quidem in com-
 mentario addit: 'credo melius esse masculinum' 691 'mastix' quid sig-
 nificet, vide in adh. ad v. 211; nomen etiam a *Io. Iun.* et in *Brev. generis*
 masc. notatur, ab *Isidoro etym. XVII* 8 in *Pylad. curm.* et ab *Henrichmanno*

trix tenet hacc, tamen obliquis neutrum superaddes:
victrices turbæ victricia tela tulere.

[Capitulum V]

Ut tibi per metrum formatio præteritorum
atque supinorum pateat, præsens lege scriptum. 695
et primo discæ, quæ sit formatio primæ:
vi vel ui vel di vel ti formatio primæ.

As in præterito vi suscipit s removendo.
non sic formantur ter quinque, sed excipiuntur:
cre. do. do mi. iu. sto pli. fri. so. ne. ve. la. se. eu. to. 700
nam cubo sive crepo, domo, deinde fricoque micoque,
nexo plicoque, sono, seco, deinde tonoque vetoque
prætereunt in ui divisas; do dedit et sto
dat stetit, et iuvi iuvo præterit et lavo lavi.
et neco, quod necui facit et quandoque necavi: 705
de neco dic'avi, ferro, necui reliqua vi.

VARIA LECTIO.

697 di vel ti | ti nel di P 699 excipiantur P A2 Me 700 do. do | do
LP pli. | plico S A2 A3 P 701 fricoque micoque | tonoque vetoque
A1 A2 A3 e1 702 plicoque | plico Me1 sono seco | seco sono S Me1 tonoque
vetoque | fricoque micoque A1 A2 A3 micoque fricoque e1 v. imo mg. adsc.
omisso que post veto P 704 iuvi iuvo | iuvo iuvi L A1 e iuvit iuvo A2
706 om. P Me

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

feminini. 'calx', quæ vox etiam cals scribebatur (cf. v. 675), Prisciano 16910 masc. et fem. generis est. Probo 2010 12823 et Charisio 9231 gen. fem. ex diversa vocabuli significatione præter Alexandrum genus distinguit Io. Ian. dicens: 'est calx pro pede sive calcaneo masc. gen., licet Virgilius posuit auctoritate sua in feminino; pro cemento est fem. gen.; unde versus: pars pedis est hic calx, combustus calculus hæc calx'. talem generis distinctionem iam Charisii ætate viginisse ex his verbis eius concludendum puto: 'calx, sive qua calcamus, sive qua ædificamus, feminini generis est'

693 cf: 'tollite iam pridem, victricia tollite signa' Lucan. Phars. I 337 ap. Prisc. 3380 et: 'ultricia Graiis virginibus dare tela pater' Stat. Theb. V 117 sq. ap. Prisc. l. c. 698—709 Prisc. 16820—1729 702 'nexo, ui, aro' Prisc. 16912—17011 5381—16 Eutyches K. V 18541—18; cf. Neue II 421 706 'necatus ferro, nectus alia vi peremptus dicitur' Prisc. 17021; cf. id. 57022 'necui quasi suffocavi, necavi ferro occidi, unde necem caelesti

inerepo format ui, tamen et reperitur in avi.
 avi praeteritum plico dat cum nomine iunctum,
 hoc sine praebet ui, tamen et reperitur in avi.
 regula, quae formam servans as mutat in avi, 710
 recte praeteritum formando supinat in atum.
 sed lavo dat lotum vel lautum, potoque potum,
 doque datum dat, stoque statum, format iuvo iutum.
 quod dat ui dat itum, nisi desinat in eo; sed in etum
 ista supinantur; plicat et micat excipiantur. 715
 nam plico dat plicitum, mico nescit habere supinum.
 avi dimico dat vel ui, primumque supinat.
 sic neco dans nectum facit et quandoque necatum.
 more patris nexum faciet tibi nexo supinum.

Debes formare post primam verba secundae. 720
 vi vel ui vel di, si format xique secunda.
 litera longa vel ar deo si facit, excipe stridi.
 si brevis est e vel i, producitur atque facit di.
 ante deo veniens e vel o liquida mediante
 principium geminat, si muta vel in venit ante; 725
 e vel o si iuncta sit mutae, lex tenet ista,
 continue iuncta; si non, lex non tenet ista.
 si componantur geminantia, non geminantur.
 lex erit haec cunctis, pos. sto do dis.que remotis:

VARIA LECTIO.

707 tamen et reperitur in avi] et om. *L* sed sepe tamen facit
 aui *SMe* sic sepe etc. *P* 712 imo *mg. adsc. A2* 713 de dare sume
 datum de stare statum ium iutum (*superscripto litteris minutis versu*
supra all.) *A3* 718 sic neco dans nectum] *L* sic neco dat nectum *SA3*
 sed neco dat nectum *A1 A2* sicque neco nectum *PMe* 719 faciet]
 facit (!) *e* 720 formare post primam] post primam formare *S* 721 si
 format] uel si dat *PMe* 722 ar deo] ar ante deo (!) *Me* 724 imo
mg. adscr. P 727 om. *P* 729 pos.] po *A1 A3 e* sto dō] do sto *A2*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

appellamus' *Dion. 366b* 'sed differentia saepe refringitur' *Despaut. 149*.
 verum supra allatum reperies in *Gracc. XXVI 123*

710—719 *Prisc. 472a—47518* 719 'more patris', i. e. ad modum
 verbi primitivi, sc. 'necto' 722 sq. *Prisc. 481b—23* 724—728 *Prisc.*
48124—4823 729 sq. *Prisc. 4724—8 516b—8 51823—5192*

do sto composita geminabunt poscoque, disco. 730
 curro tamen cum prae geminat, sic pungere cum re,
 praecurrique notes [sed ui tibi splendo praebet].
 vocalis longa vel ar ante deo geminansque,
 et quae praeponunt e brevem vel i sic patefunt.
 haec praeter per ui deo praeterit; excipe prandi, 735
 pransus sum; iunge neutropassiva secundae.
 dans deo si vel di geminansve supina dat in sum;
 sic sedeo sessum, reddit tamen s geminatum.
 gaudeo gavissum praebet, vult regula gausum.
 [strideo praeterito dat di privato supino.] 740
 praeteriens in ui dat itum nullumve supinum.
 si facit l vel r ante geo; xi litera longa
 vel diphthongus habet; in ui geo cetera format.
 praebet ui nullum, si per sum, xi facit in etum;
 dic tamen indultum; sed procreat urgeo nullum. 745
 addita muta leo facit evi, vique facit tum:
 sic leo, sic oleo de se facit omne creatum,
 et quandoque tamen olui reperitur itumque.

VARIA LECTIO.

v 730 om. *Me*₁, post. v. 731 colloc. *L A*₁ *A*₂ vv. 731. 732 inverso ordine
 in *P* geminat sic pungere oum re| geminatur pungoque cum re
*Me*₁ 732 [| inclusa om. *SA*₁ *A*₂, add. *LPMA*₂ *e*₂ (et pro sed *A*₂,
 splendo tibi *e*₂) v. 732 om. *e*₁ post. v. 732 splendo prebet ui
 quamvis *p* presidet illi add. *L* 734 sic om. *e* patefiant *P* post. v.
 736 v. 740 colloc. *L* 737 di uel si *e* geminansque *Me* 738 reddit
 sessum *Me* geminando *SA*₂ geminatur *A*₂ geminabit *Me* v. 740 om.
*SA*₁ *A*₂ *A*₃ *Me*, add. *L* (post v. 736) *P* (privando supinum) strideo preteri-
 tum stridi facit absque supino *Io. Garl. (Ar)* 743 in ui| per ui *Me*
 744 xi facit in| etum] xique facit etum *SA*₄

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

731 sq. *Prisc.* 5332-16 52411-14 735 sq. *Prisc.* 4828 4836-8. —
 'prandi pransus sum': cf. *Mag. Caes.* 78 *Brev. Pylad. carm., Neue II* 334 sq.
 737-741 *Prisc.* 4816-14 4831-6 742 sq. *Prisc.* 48517-48626. — ex:
 'fulgeo urgeo; lugeo augeo; egeo rigeo vigeo' 744 sq. *Prisc.* 4871-19.
 ex.: 'rigeo egeo sine sup; alsi alsum tersi tersum; luxi luctum auxi auc-
 tum frixi frictum' 746 *Prisc.* 48815. — ex.: 'leo compleo impleo' 747, *Prisc.*
 48816-20. — ex.: 'deleo evi etum, exoleo evi etum' 748 sq. *Prisc.* 48820
 48917. — ex.: 'rodoleo ui et evi'

ex oleo per ui venientia die et in evi.
 duplex praeteritum reddit duplexque supinum: 750
 etum vel per itum; dicas adolere per ultum;
 hinc et adultus erit.
 iuncta leo muta patet hinc oleoque leoque.
 cetera verba leo per ui facit absque supino.
 sed doleo dat itum soleo valeoque supinum. 755
 si queo sumque facit, tamen in tum plurima reddit.
 dat veo vi per tum; vi format ubique supinum;
 ex vi nil removens facies tum, nil supperaddens.
 excipe pas. ca. fa. se. la. sol. vol. ag. cog. et a. se:
 dat caveo cautum, faveo fautum, sed amictum 760
 ex amicare facis, solvo vel volvo dat utum;
 de sero sume satum; lavo lotum, pascoque pastum,
 ag- vel cognosco dat itum, sepelire sepultum.
 ferveo vi dat sive bui, conniveo vi xi.
 vi tum dante praecit vocalis non breviata; 765
 qui. si. ci. sa. li. i. demantur et inde creata.
 de deo deque geo, leo vel veo vel queo dicta

VARIA LECTIO.

vv. 749 et 751 om., m. rec. in my. add. *M* v. 750 om. *PMe* 751 dicas|
 dices *Az* dic ne *P* 753 iunctaque muta leo probat h' *P* hinc| hic *Az*
 755 sed soleo dat itum doleo etc. *Me* sed doleo valeo dat itum soleoque
 supinum *S* 758 facies| faciens *LPe* supperaddens| superaddes *PAzS*
 761 solvo vei volvo dat| soluo uoluo facit *Me* soluo uoluoque dat *P*
 764 dat vi *L* conniveo vi xi| x conniveo ui *P* 766 si. ci.| ci si *S* 767 queo
 uel ueo *SABP*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

750 sq. *Prisc.* 4902-4, 18-19. — ex.: 'abolevi etum vel abolui itum' cf.
Quaest. gram. cod. Bern. K. Suppl. 18015 754 *Prisc.* 4901. — ex.: 'calleo,
 squaleo pulleo sileo' 755 *Prisc.* 48318 5607 756 *Prisc.* 48810-14. — ex.:
 'torqueo torsi torsum' (sec. *Prisc.*) 'distorqueo distortum vel distorsum, con-
 torqueo contortum vel contorsum' (sec. *Prisc.*) 757 *Prisc.* 47724-4782. —
 'ubique', i. e. in omnibus coniugationibus, ut 'amavi amatum, fovi fotum,
 trivi tritum, audiui auditum' 758-760 *Prisc.* 48014-22 759 'pas-co
 ca-veo fa-veo se-ro lu-vo sol-vo vol-vo ag-nosco cog-nosco a-micio se-pelio'
 761-763 *Prisc.* 56916, 20, 24 5708 48018 54526 764 *Prisc.* 47811, 18 47910
 765 *Prisc.* 48014-20 53015-18. — ex.: 'amatum fletum tritum auditum'
 766 *Prisc.* 53014 sq. — 'qui-tum si-tum ci-tum sa-tum li-tum i-tum'

sufficiant; in ui diyisas cetera formant.
 dat iubeo iussi, maneo mansi, neo nevi.
 dans a per i maneo dat ui careatque supino. 770
 lucet, pollucet faciunt xi, mulceo mulsi.
 haereo si praebet, dat sorbeo psique buique.
 quae dant praeteritum per ui, caruere supinis,
 ni faciant in itum; teneo tentum, doceo etum,
 censeo dat censum, sed itum sua compositiva. 775
 misceo dat mixtum.
 pauca supinantur praeter sex neutra secundae.
 sex retinent neutra pla. no. ca. va. pa. do. supina:
 format itum doleo, noceo, valeo placeoque;
 dat careo carui, caritum cassumve supino, 780
 pareo praebet itum, licet ac oleo taceoque.
 cum dat ui pateo, dat passum, torreo tostum.
 pando, pati, pateo passum fecere supino.
 Versibus his terna formatio fiet aperta:
 vi vel ui vel di, ri, ci, ni dat tertia, xi, gi, 785
 bi, psi, li, pariter pi, si, mi, qui quoque cum ti.

VARIA LECTIO.

769 dat maneo mansi iubeo etc. *Az* 770 careatque| caret atque
M caret absque (!) e 771 faciunt| formant *P* post. v. 772 dat si
 sum xi etum sed itum dat sorbeo uel ptum add. *Me* 773 supino *SABMe*
 776 hemistich. exhibent *APSM* *Pa1 Pa4 Pas e* per ui quod preterit ante
 add. *L* post. v. 776 arceo dat aretum sed itum sua compositiva add. *Me*
 779 valeo placeoque| placeo ualeoque *SP* format itum ualeo doleo placeo
 noceoque *Me* vv. 780. 781 *inverso ordine in PMe* cassumque *Aze*
 782 passum dat *PMe* v. 783 om. *P* 785 ri| si e ei ni| ni ci *Az* xi ni
P ni om. *S* ci om. *P* xi gi| ri gi *P* 786 psi| pli e pi si mi qui| psi mi
 qui ri e2 qui om. *Me1* si. psi. li. cum ni. ni. vi. si. qui. quoque cum
 ti *S* li si bi uel psi sic pi mi li quoque cum ti *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

768-772 *Prisc.* 4918-20 770 'maneo in compositione, quando
 retinet a, facit si...; quando vero mutatur a in i, facit ui, ut emineo emi-
 nui et immineo ui' *Mag. Caes.* 79. hanc sane falsam derivationem etiam
Io. Ian., Pylad. alique grammatici acceperunt 773-777 *Prisc.* 492 780 'car-
 ritum cassumve' *Prisc.* 492c-12; cf. *Despaut., Pylad. carm., Neue II* 585
 781 'oleo': supinum verbi auctoritate caret. 'olim fecit etiam olevi, oleum'
Despaut. 156 782 eundem fere versum exhibet *Pylad. carm.* 783 *Prisc.*
 51922-26. — versus supra all. repetitur 844

a brevis ante cio cum compositis facit eci;
 elicui praeter cio cetera format in exi.
 elicui dat itum, ei vel xi transeat in etum.
 si praesens tenet a, tenet hic et ubique supina; 790
 a si composita mutant in i, dant e supina,
 ut probat inficio; sed debes demere do, go.
 dat di sumque dio; gio gi dat itumque supino.
 dat pio semper ui sine cepi sive cupivi.
 ptum facit omne pio sapio cupioque remoto. 795
 dat sapio sapui sapitum, cupioque cupitum.
 dat peperit pario, partum paritumque supino.
 dat si sumque tio, sed ultrolibet s geminando.
 semper uo dat ui; debet struo vel fluo demi
 et pluo; dehinc utum producit dando supinum. 800
 xum fluxi, struxi structum, pluo vi dat et utum
 atque pluī.
 dat ruitum ruo sive rutum, nonnullaque nullum.
 bo psi ptumque facit, si litera longa praebit;

 VAIDA LECTIO.

788 cio cetera format in exi] in xi cio cetera format P 795 remoto
 L A₁ A₂ remotis SPMe 796 dat sapui sapitum sapio M 797 paritum
 partumque e partum paritumque S 799 debet struo vel fluo demi] sed
 volt struo cum f. d. P debet fluo cum struo d. S 800 produces S
 801 struxi structum] structum struxi PAsMe v. 802 om, in. rec. adscr.
 P atque] datque SAs

 TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

787--789 *Prisc.* 496¹⁰⁻²⁵ 790--792 *Prisc.* 497¹³⁻²³ 792 'sed
 d. d. do go', i. e. composita verborum in do et in go desinentium, ut
 'occido redigo', quae retinent a in supino 793--796 *Prisc.* 498⁵ -- 500¹⁸
 793 ex.: 'fodio fodi fossum; fugio fugi fugitum' 794 ex.: 'rapio rapui'
 795 ex.: 'raptum captum' 797 *Prisc.* 500¹⁹⁻⁵⁰¹³ -- eundem fere versum
 exhibet *Desaut.* 161 798 *Prisc.* 502⁶⁻¹⁰ -- ex.: 'quintio quassi
 quassum' cum compositis 799--803 *Prisc.* 503⁵⁻⁵⁰⁵²⁵ 799 sq. ex.:
 'aeno imbuo induo diluo annuo spuo suo metuo arguo, ui utum'. -- 'pluo
 vi dat et utum': 'secundum etymologiam plutum a 'pluvi, velut adiutum
 ab adiuxi, debent facere, sed in usu non inveni' *Prisc.* 505²¹ sq.
 803 'nonnullaque nullum', sc. sup., ut 'spuo metuo' (scē. *Prisc.* 505²¹⁻²³)
 804--806 *Prisc.* 506¹⁶⁻⁵⁰⁷¹⁸ 804 ex.: 'scribo nubo'

cetera bi formant praeter quae de cubo fiunt; 805
 et nisi psi faciant, per itum bo cuncta supinant.
 si eo praeveniat vocalis longa, facit xi.
 n vel s abicitur; haec ei facit, illa facit vi:
 hinc vinco vici sunt testes crescoque crevi.
 oxeipe conquexi, didici, compesco, poposci, 810
 et quae praeteritis caruerunt atque supinis;
 haec sunt verba, quibus inceptio significatur.
 glisco praeteritum, conquexi tolle supinum.
 ici praeteritum praebens ico migrat in ictum.
 praeteritum parco dat parsi sive peperci; 815
 dat parsi parsum de se nullumque peperci.
 ei vel xi dat etum, vi tum facit, excipias, quae
 excipienda docet, quae dat veo, norma secundae.
 dant in itum disco, compesco, posco supina.
 in si do vertit, si per se longa praecibit 820
 ante do vocalis, cu. si. stri. ce. pe. remotis:

VARIA LECTIO.

805 formant] faciunt *Me* 806 faciant etc. supinant] faciat etc. supinat
Mei faciant etc. supinat *Pez* faciant etc. supina *S* post. v. 806 l uo prae-
 niens de uo ui format et utum longaque precedens vocalis xi facit et etum
add P post v. 807 sed si praeveniat n uel s immediate *m. rec. add. S*
 810 conquessi *SPAs* vv. 811. 812 post. v. 813 colloc. *Me* 813 con-
 quesci, *SMes* conquessi *PAs ei* 814 praebens ico] ico prebens *Me*
 816 parsi [parsum] parsum parsi *Me* dat linquo liqui coquo coxi etum dat
 utrumque (v. 884) hoc loco pos. *P* 817 xi uel ei *PMe* dans *SMAs*
 excipia fq *As* excipia ffs *L* excipia fqs cell. codl. et e 819 supinum *Me*
 821 pe.] pequo *ei* cu si co pe strique *e2*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

805 ex.: 'bibio lambio', sed 'accumbo vel accubo accubui, incumbo vel
 incubo incubui' (sec. *Prisc.*) 806 ex.: 'lambitum bibitum accubitum'
 (*Prisc. l. c.*) 807—813 *Prisc. 50720—50022*. — v. 813 reperies in *Graec.*
XXVI 209 814 *Prisc. 50922—5108* 815 *Prisc. 50918—21* 816 *Prisc.*
51123—25. — eundem fere versum exhibet *Pylad. carm.* 817 *Prisc. 5104—12*. —
 ex: 'vici victum dixi dictum, novi notum' 818 'excipiuntur illa verba,
 quae excipit regula quaedam secundae coniugationis incipiens: "dat veo
 vi per tum" etc. (vide v. 757—763), ut pasc'o *Gl. n.* 819 *Prisc. 51118*; cf.
Nene II 560 820—824 *Prisc. 51412—5162 5201* 820 ex.: 'ludo lusi rado
 rasi rado rosi'

haec faciunt cudi, stridi cessique, cecidi;
 nullum sido gerit; quod turpe sonat fit in edi
 nulla supina gerens; cessi creat s sibi duplans.
 a do composita formabunt di geminata; 825
 his iunges prendo; diphthongus si tibi format.
 ante do si veniat i vel u simul n mediante,
 in di praetereunt, sed in his n demitur ante.
 tu geminans tundo tutudi dat sumque supino.
 dat tundo tutudi, donat tondere tetondi; 830
 tondeo dat tonsum, sed praebet tondere tusum.
 datque cado cecidi, format rudo quoque rudi.
 ante do diphthongus productave litera, vel quae
 do dedit aut i vel u super n, prendoque patescunt
 et tundo. 835
 nil aliud mutans praebet per cetera di do,
 divido si demas et quae fiunt geminando.
 do sum praebet in his exceptis a dare natis;
 ista supinantur per itum, quotiens geminantur.
 abscondo dat itum geminans di, non geminans, sum. 840

VARIA LECTIO.

v. 822 om. P 823 fit in]. facit S 824 gerens] creans Aa duplans
 Le1 duplas P duplex cell. codd et e2 825 formantur M 826 his
 iunges] his iungus P iunges his S format] formet P 827 u uel i P
 v. 830 om. Me1 831 tonsum M v. 832 om. P Me 833 productaque S Me
 834 u uel i Me1 835 om. Me 837 demas M geminando P

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

823 'quod turpe sonat', sc. 'pedo' format 'pepedi' 825—845 *Prisc.*
 51612—5227 825 ex.: 'reddo prodo perdo vendo condo credo'
 826 'his iunges prendo': 'et illa nocte nihil prendiderunt' *Vulg. Ioan.*
 XXI 3 'afferte de piscibus, quos prendidistis, nunc' *ibid.* XXI 10
 'prendo per idi die' *Græc.* XXVI 218 'sed hoc non est regulare' *Io.*
Ian., Brev. 'prendo nullo modo geminabit finem praeteriti, quia id
 solus Alexander tradidit' *Laur. Valla teste Desput.* 170. cf. *Kaulen*
 193 *Rönsch* 288 *Neue* II 467. — 'diphthongus si tibi format', ut 'plaudo
 claudio' 827 sq. ex.: 'scindo scidi fido fudo fudi' 836 ex.:
 'scando scandi pando pandi' 837 'quae fiunt geminando', ut 'tendo
 tetendi pendo pependi' 838 'do sum praebet in his', ut 'ludo lusum
 laedo laesum' etc. 839 ex.: 'redditum proditum perditum' 840 'abs-
 condo, in quantum habet abscondidi in praeterito, facit absconditum in

n quibus eripitur, paenultima si breviatur,
 additur s duplex; si longa fit, s ibi simplex.
 dans passum pando subducit n, s geminando.
 pando pati pateo passum fecere supino.
 dat tendo tensum, tum quaedam compositorum. 845
 edi donat edo, sum donans tumque supino.
 haec sua composita cogunt duplicare supina;
 namque dat ambesus esum cōmedoquē comestum.
 si facit r go, nisi sint a rego nata; sed in xi
 cetera sunt; pun. pan. le. tan. sed demis et a. fran. 850
 haec cum compositis dant gi tribus a lego demptis,
 haec: intelligo, negligo, diligo, quae faciunt xi.
 praeteritum triplicat et sensum pango: 'pacisci'
 dat pepigi, panxi dat 'cantus', 'iungere' pegi.
 tango facit tetigi; sed ago vel frango dat egi. 855
 praeterito duplici duo significans 'stimulando'

VARIA LECTIO.

842 fit] sit; *LMe* ibi] sibi *Me* 843 passum pando] pando passum *P*
 845 compositiva] *S* 846 tumque *LAP* stumque *SMe* 847 duplicare]
 geminare *SPMe* 850 sunt] dant *PM* sed demis] si demis *A2A3*
 demantur *Me* 852 negligo diligo] diligo negligo *S* v. 855 om. *L*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

supino, et in quantum habet abscondi, facit absconsum in supino' *Gl. n.*
 cf. *Sulpit.* 'Caper negat absconsus Latine dici; reperitur tamen in sacris.
 Hieronym. in *Ecclesiast.* cap. 4: "denudabit absconsa sua illi" *Despaut.* 169

841 sq. ex.: 'soidi scissum fidi flssum; fudi fusum' 844 vide v. 783
 846—848 *Prisc.* 522s—523s 849—855 *Prisc.* 523s—524s 849 sq. ex.:
 'mergo mersi tergo tersi spargo sparsi'. — 'nisi sint a rego nata', ut 'pergo
 perrexī surgo surrexi'. — 'sed in xi cetera sunt', ut 'cingo pingo tingo
 angō' etc. 'pun-go pan-go le-go tan-go a-go fran-go' cum compositis inde
 excipiuntur v. 852 reperitur in *Graec.* XXVI 93 853 sq. 'panxi die
 cecini, coniunxi die beno pegi; cum pactum feci, dicito tunc pepigi' *Io. Ian.*
 'haec tria significat pango: cano, iungo, paciscor. panxi voce, fide pepigi,
 pegique bacillo' *Graec.* XVII 49 sq. cf. *May. Caes.* 81 *Gl. n., Gl. l.,*
Neue II 474 sq. 856 sq. 'cum ei, qui nos pupugit, talionem, id est vicom
 a nobis redditam, ostendimus, repupugi dicimus; quando vero de ratione
 vel calendario loquimur, repunxi dicimus' *Prisc.* 524₁₂—14. 'pupugi. forro,
 rationeque punxi' *Graec.* XXVI 230. cf. etiam de duplici forma *Charis.*
 245_{3,10} 247₃₉ *Diom.* 368₂ 372₁₂

pungo facit pupugi; punxi 'punctos numerando'.
 dogi dego dabit; quod dat rego xi sociabit.
 dans go si sum dat, per etum gi xique supinat.
 Dat fixi fixum [quia flet de fingere fictum]. 860
 i vel a si prae go venit n mediante, supino
 semper n eripitur; stin. cin. tin. an. excipiantur:
 n retinent ango, cingo tingoque supino.
 dat plango planetum, panxi etum degoque nullum.
 ho xi etumque facit; dat ui lo, ni geminetur 865
 l ibi; tunc per li lo praeterit; excipe vulsi,
 die etiam velli.
 l duplex repetit mutam, si muta praecibit.
 tollo tuli, psallo dat psalli, salloque salli.
 l simplex dat tum, sum dat geminata supino. 870
 tum vel itum dat alo; caret omni malo supino,

VARIA LECTIO.

858 quod] que *Me* 859 gi xique] xi gique *M* 860 [] inclusa om.
Pat, add. *SA2A3* sed dic de fingere fictum add. *P* sed dego dat tibi nullum
 (cf. v. 864) add. *L* sed dego dabit tibi nullum add. *A1* mixi mictumque
 supinum add. *Me* 862 stin. om. *PA1A2* an. om. *S* cin. tin. an.] an
 cin tin *P* 863 retinet *SA1A2Me* cingo tingoque] tingo cingoque *P*
 864 dat plango planetum panxi etum] et stingo plango clango etum *SA3*
 et iungo plango planxi etum *P* et clango stingo plango etum *Me* v. *eras*.
 in *A2* 866 volsi *P* 867 dicitur et velli *PMe* *hencistisch.* om. *Io. Gurl.*
 (*Ar*) *Pa4* 870 sum dat] sed sum *Me* si sum *P* v. 871. 872 *inverso*
ordine in A3SMe

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

859—864 *Prisc.* 525b—24 859 ex.; 'mergo mersi mersum spargo
 sparsi sparsum, lego legi lectum rego rexi rectum'. v. 860 reperies
 in *Graec.* XXVI 233 861 sq. ex.: 'stringo strictum, pingo pictum, frango
 fractum, pango pactum' etc; sed 'stingo stinctum (*Prisc.* 52512), cingo
 cinctum, tingo tinctum, ango anctum' (*Prisc.* 52516) 865—869 *Prisc.*
 526a 5274. 865 ex.: 'traho traxi tractum vaho vexi vectum; colo
 colui molo molui consulo consului' 868 ex.: 'pello pepuli fallo fefelli'
 869 'sallo' *Prisc.* 516a—21 *Diom.* 3751a—26 'sallio sallo cibum, salio pede,
 cantica psallo. sallio sallitum dat, salsum sallo supinum; dat saltum
 salio, privatur psallo supino' *Gl. M.* *Io. Iun.*, *Graec.* XVII 31 sqq. *Gl. n.*
 'pes salit, os psallit, sale sallio vel sale sallo' *Gl. n.* 870—872 *Prisc.*
 52718—5284

psallero, nolle carent; alienum dat tibi tollo.
 mo dat ui, dat itum, premo praetor emoque; sed illa
 excipias, quibus est per se paenultima longa;
 nam psi praeterito tunc reddunt ptumque supino. 875
 s geminat premo si sum dans, emo mi dat et emptum.
 no dat ui, g vel o si praesit, et a cano nata.
 ante no psi facit m praeter cano, cetera vi dant;
 dat lino vi vel ni.
 no per ui dat itum sine natis a cano; nam tum 880
 n praecedit in his; psi ptum dat vique facit tum.
 po dat ui, dat itum, brevis e si praevenit; m pi
 ptumque remota facit; psi cetera ptumque dedere.
 dat linquo liqui, coquo coxi, etum dat utrumque.
 ro vi tumque tenet ge. cur. excipiendo ver. u. que. 885
 dat si stumque gero velut uro, curro cucurri
 cursum, ri vel si verro versumque supino.
 quaero quaesivi quaesitum [redde supino].
 a sero composita serui sertumque dedere;
 inserto sic format et consero, vique situm dat. 890

VARIA LECTIO.

872 caret *A1 A2 M* 876 premo si sum] si sum premo *P Me* dans|
 dat *A1* 878 praeter cano] cecini cano *A2* vi dant] dant ui *S* 879 dat
 lino vi vel ni *AS*, ead. m. mg. adscr. *L* dat lino lini uel lini *P M* dat
 lino lini uel lini siue leui *e1* dat lino lini uel lini deinde litum dat *e2*
 sed lino dat lini vel lini deinde litum dat *Io. Garl. (Ar)* 880 per ui
 dat] dat vi per *P* 884 dat] dant *S* linqui (!) *e* 885 tenet] facit
SAs excipienda *SP M* 888 [] inclusa om. *APai*, m. rec. add. *S*, add.
Io. Garl. (Ar) *L P Me* (reddo *M* supinum *Io. Garl.*) 890 situm dat|
 situmque *e1*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

873—876 *Prisc. 528b—18.* 873 ex.: 'gemo genui gemitum vomo
 vomui vomitum' 874 sq. ex.: 'sumo sumpsi sumptum como compsi
 comptum' 877—881 *Prisc. 52810—53014* 877 ex.: 'gigno genui, pono
 posui, succino succinui' 878 ex.: contemno contempsi, cano cecini, sino
 sivi, sterno stravi, cerno crevi, sperno spreui' 880 sq. ex.: 'gigno genitum;
 succino succentum; contempsi contemptum, stravi stratum' 882 sq.
Prisc. 53116—5324. — ex.: 'strepo strepui strepitum; rumpo rupi ruptum;
 carpo carpsi carptum, repo scalpo sculpo' 885—891 *Prisc. 5326—53419*
 885 ex.: 'tero trivi tritum', exe. 'ge-ro cur-ro ver-ro u-ro'

sic sero formavit prius et sensum duplicavit.
 so sivi situmque facit; sed deme capesso,
 quod si sumque facit; sic viso sieque facesso.
 pinsoque praeteritum per ui formando dat istum.
 ante to e veniens in xi to mutat et in xum; 895
 datque xui pecto, pariter xi; sic quoque necto.
 e duo corripunt, quorum peto vi facit et tum;
 s geminando sui format meto, deinde facit sum.
 ante to verba duo retinent r, et absque supino
 praebet ui sterto, ti format sum quoque verto. 900
 dat si sum mitto, tamen s geminante supino.
 dat sisto statui, si transeat, atque statutum,
 et si sit neutrale, steti nullumque supinum.
 l vo praeveniens de vo vi format et utum;
 longaque vocalis praecedens xi facit et etum. 905
 xo dat ui, xum nexo facit, texo quoque textum.
 Post praedicta vide, quae sit formatio quartae.
 vi vel ui vel ii si ri dat xi quoque psi ni.
 dat cio xi quotiens n praevenit, hac sine dat si.
 non sine compositis debent disyllaba demi, 910

VARIA LECTIO.

893 facit] tenet *Pe* 894 pinsoque] que *om. S* v. 897 post v. 900
colloc. Me 901 geminante] *L A1 A2* geminando *S P A3 Me* 903 et]
 sed *P* 905 vocalis praecedens] praecedens vocalis *et v. om. P* 908 si ri *etc.*
 si ni psi dat quoque xi ni *S* xi ri vel si quoque ni psi *P* si ri dat xi]
 ri xi dat si *e* x quoque psi ni] psi quoque xi ni *A3*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

891 'arboris est serni, sed pertinet ad sata sevi' (*Gl. n.* 892—894 *Prisc.*
 53420—53522. de praeteritis 'capessi' et 'faccessi' (v. 893) cf. etiam *Charis.*
 2462 sq. *Dion.* 37012 *Graec. XXVI* 251 *Mag. Caes.* 83 *Neue II* 488.
 supina 'capessum' et 'faccessum' auctoritate carent, licet *Despaut.*, *Pylades*
 aliique recentiores grammatici ponunt 895—903 *Prisc.* 5366—53725.
 vv. 902 sq. reperiuntur in *Graec. XVII* 52 sq. 904 sq. ex.: 'solvo solvi
 solutum volvo volvi volutum; vivo vixi victum' 906 *Prisc.* 5381—22
 909—913 *Prisc.* 53820—53916. 909 ex.: 'vincio vinxī, sarcio sarsī' etc.
 910 sq. ex.: 'scio scivi, nescio nescivi, sancio sancivi' *Prisc.* 53828 sq. *Dion.*
 37118 sq. 'secundum modernum usum habet sanxi' (*Gl. n.*

haec faciunt in vi; sic format sancio vel xi.
 de verbis quartae, quae dat cio, dicta notate.
 cetera praeteriti vocem fecere per ivi.
 sed legem cassant hanc 'cassus' et inde creata:
 haurio, saepio, sentio si, ui cambio vel psi; 915
 dat veni venio, sic quae componis ab illo;
 dat salio salii, salui quoque sive salivi.
 quaeque parit pario simul excipiantur, et aio.
 a pario dant nata rui, nisi quod reperire
 comperioque peri faciendo praeteriere. 920
 in xi praeterita per etum fecere supina.
 l praecunte vel r si tum facit, his sine dat sum;
 excipias haustum dans haurio, saepio saeptum.
 ut venio, sic dant ab eo venientia ventum,
 et quicquid pario parit r praecunte facit tum. 925
 ivi praeteritum semper transfertur in itum;
 dans salio saltum, dum vi facit, excipiendum.
 i quibus eripitur, duo deme supina: sepultum,

VARIA LECTIO.

911 faciunt in vi] formant iui *P* 912 dat] dant *Pe* 914 quassant *L*
 cassant *cell. codd.* 915 saepio sentio] sentio sepio *SPe* 916 veni
 venio] uenio ueni *Pe* 917 salii salui] salui salii *P* 918 excipiuntur *M*
 et aio] aioque *P* 920 faciendo] formando *Me* v. 925 *om. P* 927 dans] dat *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

914 'cassus', i. e. verba sex literis istius dictionis significata cum
 compositis, sc. 'cambio haurio saepio sentio venio salio', ut seqq. versibus
 patet 915—920 *Prisc.* 510₈—512₁₀ 'cambio, ἀμείβω, ἀπὸ τοῦ κάμπτω
Prisc. 511₁₈ sq. 'aliquid commutando pro aliqua re dare' *Io. Iun., Brev.*
 Italis est 'cambiare', Gallis 'changer.' praeteritum huius verbi a *Charisio*
 217₉ solum 'campsi' ponitur; cf. etiam *Græc.* XXVI 266 *Mag. Caes.* 87
Aug., Io. Iun., Brev., Pylad. carm., Neue II 193. forma 'cambui' nisi
 apud *Petrum Heliae* (v. *Tharot.* p. 211) et auctorem *Doctrinalis* non occur-
 rit. 'cambiui', admittunt *Salpit.* et *Despaut.*, supinum 'cambitum' *Despaut.*
 917 'salivi' *Prisc.* 510₁₅ 516₃ *Serv.* in *Verg. Georg.* II 384; cf. *Græc.*
 XXVI 266 *Io. Iun., Neue* II 182—184 921—923 *Prisc.* 512₁₇—513₂
 921 ex.: 'vinxi vinctum' 922 ex.: 'falsi fultum, farsi fartum sensi sensum'
 924 sq. *Prisc.* 513₃—6 926 *Prisc.* 513₆—10 927 *Prisc.* 516₃. — 'dum vi
 facit': cf. v. 917 928 sq. *Prisc.* 515₂₀

quod sepelire facit, amictiro figurat amictum.
 a quo composita vel eo breviare supina 930
 constat, et ambitum non corripit ambio solum.

Si reperire cupis ex deponente supina,
 activi finge vocem formaque per illam,
 sicut lactatum, veritum; sed plurima verba
 illa creant aliter: probat hoc ratus atque misertus. 935
 dat fateor fassum; nullum liquor medeorque
 et vescor, reminiscor [eis adiungere cures];
 haec circumloquium non servant praeteritorum.
 discere supina dare per deponentia ternae:
 gressus, commentus, fructus fruitusque, profectus 940
 et fretus, lapsus, nactus quoque, pactus, adeptus,
 ultus et iratus, oblitus, functus et usus,
 questus, complexus, nisus vel dicito nixus.
 ortus, et est oriturus, mortuus et moriturus.
 dat tutum tueor, tuitum tuor, ambo tueri; 945
 hinc experrectus; faciunt loquor et sequor utum.
 dat nascor natum, dat mensum metior, orsum
 ordior, et passum patior, potiorque politum.
 credo, quod exosus verbo caret atque perosus.

VARIA LECTIO.

933 vocem finge *A1* 935 illa] ista *A3* 937 [] inclusa om.
A S e Pa1 Pa3 Pa4 Pa6, add. *L* (om. tamen voce eis) eis adiungere debos
m. rec. add. P M sic reminiscor erit pariter vescor superaddes (ultim. voce
m. rec. addita) *Io. Gurl (Ar)* post v. 939 v. 945 colloc. *P* 940 fructus
 fructusque *A3* fructus fretus adque (!) *P* 941 fretus] fruitus *P* 943 nixus
 etc. nisus *M* v. 943 om. *P* post v. 943 v. 945 colloc. *e2* 944 ortus
 oriturus et mortuus et *m. (!) M* v. om. *A1* 945 tutum tueor] tueor
 tuitum *S A2* v. 945 post v. 948 colloc. *Mc1* 947 dat mensum] dant *m. S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

930 sq. *Prisc.* 54310-13 5472-4 945 'tuor' *Prisc.* 44412-18 *Eutych.*
K. V 46428-62; cf. *Io. Ian.* s. r., *Despaut.* 191 *Neue H* 325, 559 'pro
 speculor dicas et pro defendo tueri, et tuitus primo tribues tatusque
 secundo' *Græc.* *ΛΙ* 34 sq. 'tuor deboret facere infinitivum in tui; sed
 causa differentiae tui pronomini deficit, sed accipit mutuo tueri' *Io. Ian.*
 cf. *Despaut.* l. r.

[Capitulum VI]

Donatum sequere per verba fruentia lege. 950
 dic due fac dicis, sic quae componis ab illis.
 cum facit a vertit in i, verbi regula servit.
 in vi praeteritum de se data tempora quaedam
 syncopat; hinc deme disyllaba quodque sit inde.
 dic etiam nosti, flasti, scisti quoque, flesti. 955
 cum verbum quod habet quarto casu sociari,
 participis tempus dare praeteritum videamus,
 et careant illo, quae non licet addere, quarto
 praeteritum verbi damus istis, participantis
 nunquam praeteritum, nunquam vel raro supinum: 960
 Ambigo, compesco, disco, posco, tremo, glisco,
 lambō vel lingo, metuo, timet, urgeo, calvo,
 linquo vel sugo, paveo, fugit, horreo, scando,
 mando, scabo, cerno [praedictis iungere curo].

VARIA LECTIO.

951 sic quae] et quo S 954 syncopat *codd.* et e 955 delesti in
fine add. L A scisti quoque flesti] flesti quoque scisti *Ab* inuenies flesti
 nosti flasti quoque scisti *M* inuenies nosti flasti flesti quoque scisti *P*
 inuenies nosti flesti flasti quoque scisti *e* 959 verbi preteritum *P*
 961 disco poseo] posco disco *Me* post v. 963 sequitur v. 965 in *S*
 964 [] inclusa om. *A P Pa*, add. *L* scalpo add. *S Me* cupias his iungere
 scalpo add. *Io. Garl. (Ar)* :

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

950 'verba fruentia lego', i. e. verba regularia 952 composita
 a facio, quae mutant a in i, in formatione imperativi regulam generalem
 sequuntur 953—955 cf. *Prisc.* 5086—20. — 'flesti' *Ovid. Her. V 43 et 45*
 cf. *Neue II 528* formam sync. 'flasti' affert etiam *Sulpit.* 956—958 sola
 verba transitiva participia praeteriti temporis passivae significationis
 formant; verba intransitiva sive neutralia absoluta illo participio carent
 959 sq. ista, quae sequuntur verba (v. 961—964), licet cum accusativo
 construi possint, participio praeteriti temporis et maximam partem supino
 carent, praeteritum vero verbi habent 961—964 cf. *Prisc.* 5607—12. —
 'ambigo' (i. e. dubito) 'facit praet. ambegi, antiqui tamen dixerunt am-
 bigui; supinum non est in frequenti usu' *Io. Ian.* 'non me latet mul-
 tos grammaticos ambegi dicere, sed apud alios non est in usu' *Despaut.* —
 'glisco pro desiderare est activum et caret praeterito et supino secun-
 dum usum, debet tamen secundum analogiam facere glivi glitum' *Io. Ian.*,

accusativi possunt tamen his sociari. 965
 dices de neutris, quod raro participantis
 servant praeterita, sed multis adde supina,
 dicque fere cuncta per rus formare futura.
 inde tamen tollis ea, quae caruere supinis.
 praeteritum neutra dant haec desuntque supina, 970
 in rus par ratio facit illa carere futuro:
 aestuo, sterto, mico, rudo, strido, strideo, psallo,
 conquexi, parco.
 ut docui iunge, praeter sex, neutra secundae.
 sex retinent neutra pla. no. ea. va. pa. do. supina. 975
 Audeo cum soleo, fio quoque, gaudeo, fido,
 quinque, puer, numero neutropassiva tibi do.
 exulo, vapulo, veneo, fio, quatuor ista
 sensum passivi sub voce gerunt aliena.
 largior, experior, veneror, moror, osculor, hortor, 980

VARIA LECTIO.

965 accusativi possunt] accusativi poscunt *L* accusatiuis poscunt
A1 A2 Me tamen his sociari *LAS* tamen associari *M* tamen haec sociari *e2*
v. 965 om., m. recentiss. add. in mg. P v. 968 m. rec. in mg. adscr. M post v. 968
v. 971 colloc. e1 973 conquexi *PA3* conqueisci *Me* predictis associando
add. M et conquinisco conquexi parco peperci *Io. Gurl. (Ar) et* (con-
 quesci pro conquexi) *e2* *cc. 973 et 975 om. S* 976 fido quoque gaudeo
 fio *AP* quoque] cum *S* 978 fio] nubo *S* *post v. 979 mereo cum prando*
 neutro passiuu teneto *add. S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

Brev. cf. Gl. n 'accipitur pro cupio. Papinius lib. III: "et consanguineo gliscis regnare superbus" *Despaut.* 'nidium habet praeteritum' *Phocas K. V 4362*; cf. v. 813, *Neue II 506 sq.* 'calvo': 'calvi pro decipi' *Prisc. 506* 'calvor, hoc est frustror' *Charis. 5816*; cf. *Eutyches K. V 1856* *Albin. K. VI 300*; *Despaut., Du Cange, Brev., Brev. Benth. s. v. 'calumpnia'*
 972 'aestuo' *Prisc. 5606 app. crit.* 'aestuo is ere habet aestui in praeterito, i. e. cupere, sed aestuo as are est urere, fervere, bullire et calere; unde differentia: aestuo sit cupio, simul aestuo dicitur uro' *Gl. n.* (deest verbum in *Du Cange* glossario) 974 sq. vide v. 777 sq. 976 sq. *Prisc. 42010 sq. 57323 sq.* — eisdem fere versus reperies apud *Mag. Caes. 144* 978 sq. *Prisc. 37715.* — eisdem fere versus exhibet *Mag. Caes. l. c. 980—982* ista novem verba in textu posita communia sunt, i. o. eadem voce et actionem et passionem significant: 'largior' *Prisc. 39221 37910*

criminor, amplexor tibi sint communia, lector,
 et bene si numeres, interpretor addere debes.
 bis duo sunt: odi, novi, coepi meminique,
 quae retinent sensum praesentis praeteritique.
 quae formantur ab his, pariter sensum duplicabunt. 985
 datque mementote meminini, dedit ante memento.
 ex do passiva nisi dor solum lego dicta.
 aio, sisto, fero, ferio, cerno, furo, tollo,
 ex his praeterita negat usus habere creata.
 Passivi ternis impersonale locabis. 990
 personae dabit imperium primas in utroque
 tempore, praesenti ternas, quas dat modus optans
 extremo; ternis est altera forma futuri.
 quas dedit indicii sibi praesens, has dabis illi;
 o vel or adicias; volo compositivaque demas. 995

VARIA LECTIO.

982 interpretor addere debes] istis interpretor addes *e1* interpretor
 hospitor addes *e2* 985 pariter sensum] sensum pariter *Mc1* 988 ferio etc.
 tollo] tollo ferio furo cerno *SP. As Me* 990 locabis] notabis *Mc1* 994 dabis]
 dabit *L* 995 adiciens *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

cf. *Neue II* 293 'hortor' *Prisc. II. cc. Charis. 56213*; cf. *Neue II* 290 sq.
 'experior' *Prisc. 37910 38610 40015*; cf. *Neue II* 279 sq. 'veneror' *Prisc.*
38714 Asper K. Suppl. 516; cf. *Neue II* 328 'moror' *Prisc. 38917-28*; cf.
Neue II 304 'osculor' *Prisc. 37820 Charis. 56213*; cf. *Neue II* 309 'cri-
 minor' *Prisc. 37821 Charis. 56212 Donat. 38312*; cf. *Neue II* 281 'amplec-
 tor' *Prisc. 3796 56719*; cf. *Neue II* 312 'interpretor': 'testor interpretorque
 verba communia videri debent' *Gell. XV* 13, 7; cf. *Io. Ian. s. v.*, *Neue II*
291 sq. vv. 980 sqq. repetit *Manut.*

983-985 *Prisc. 56014-25* vv. 983 sq. repetuntur a *Mag. Caes. 151*
987 Prisc. 37120-22 988 sq. *Prisc. 41827-29* 990 verba impersonalia
 in tertiis tantum personis verbi passivi singularis numeri coniunguntur
 991-999 *Prisc. 40615-40710 42320-4247 4496-90 Donat. 36024-27 36123-27*
Dion. 338-340. — imperativi modi prima persona pluralis numeri in utro-
 que tempore, sc. in praesenti et in futuro, similis est primae personae
 optativi futuri, ut 'amemus'; item tertiae personae imperativi praesentis
 temporis ex illo optativo futuri sumuntur, ut 'amet ament'; tertiis vero
 personis futuri imperativi alia est forma, sc. a tertiis personis indicativi
 modi formantur addendo o vel or, ut 'amato amanto, amator amantor', ex-
 cepto verbo 'volo' cum compositis, quae futuro imperativi carent. cf. v. 1017

ante -to -tote -mini -minor a dat prima, sequensque
e longam, i brevem dat tertia, quartaque longam.

praesentis nota tibi sit persona secunda:

a prior, eque sequens, dat e terna, sed i dabo quartae.

adde re passivo; modus ultimus huic similatur.

1000

tres ri pro re dabunt, re lego iacit ique dat ex e.

proideas primis e vel a ternisque futuris.

Sum passiva notant, sed abest modus imperialis;

sis dabis huic, sed ades ex adsum sume vel adsis.

sitis et este vide, formabis cetera recte.

1005

tempora terna forem dant et fore, cetera sperne:

-rem dat -res -ret -rent, -remus caret atque foretis.

normam praeterita servant per anormalia cuncta.

dat praesens primi fers fert fertisque, secundi

praesens fer ferte, ferto fertote futurum.

1010

VARIA LECTIO.

997 e longam| e longans *L.A. Ia P'* i| ique *Mei* 998 tibi sit| sic sit
S.Me 1000 huic similatur| huic simulatur *S* hic similatur *A2* assimila-
tur *Me* 1001 re lego| lego re *Me* 1002 primis e vel a| e uel a primis *P*
1004 ex assum sume uel assis *S.A P'* ex assum sume uel adsis *A3* 1007 remus
caret atque| remusque caretque *P'* remus caretque (?) *Mei*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

996 sq. ex.: 'amate amatote amamini amaminor, docete etc. doceminor,
legite etc. legiminor, audite etc. audiminor' (de hac ultima imperativi forma
cf. *Donat. 35/26 Neue II 398-100*) 1000 'modus ultimus' sive 'supremus'
(v. 1019) vel 'quintus' (v. 1012) est infinitivus, sc. activae vocis. 1001 tres
conjugationes, prima, secunda, quarta, de infinitivo activae vocis infinitivum
passivae vocis faciunt mutando re in ri; tertia vero abiecta syllaba re e
in i mutat 1002 omne futurum optativi e vel a in ultima vel penultima
syllaba habet, et quidem e in verbis primae conjugationis, ut 'amet ament
amemus ametis', a in reliquis tribus conjugationibus. 1003 sq. auctor
dicit conjugationem verbi sum patere ex conjugatione verborum passivo-
rum; sed secunda persona imperativi singularis numeri carere; pro qua
sis ponendum esse. cf. [*Serg.*] in *Donat. K. IV 55/6-8*; contra *Neue II*
438, 593 106 sq. *Prisc. 120/4 150/6* 21. 'tempora terna', i. e. tria
tempora, sc. praeteritum imperfecti optativi et praeteritum imperfectum
coniunctivi modi, in quibus temporibus habet 'forem fores foret forent', et
praesens infinitivi 1009 1015 *Prisc. 15/6-20* 1009 'primi', sc. modi,
i. e. indicativi; 'secundi', i. e. imperativi

dat terni praesens ferrem socium sibi iungens.
 dat quinti ferre praesens, eademque notate
 tempora passivo: ferris ferturque notentur,
 ferre, dehinc fertor, ferrer ferrique sequuntur.
 ad morem ternae fero cetera debet habere. 1015
 dat volo vis et vult volumus vultisque voluntque.
 iussio deficiens capit ex optante supremum.
 dat primo vellem, dat sine velim modus optans.
 haec sociis repete; supremus dat tibi velle;
 huic finem demas; per ternam cetera formas. 1020
 die malo primum raro formare futurum;
 iura tenere patris per cetera tempora dicis.
 nolo patrem sequitur; tamen imperialis habetur:
 noli nolite nolito [dicere debes].
 os est ac esse dat edo, dat cetera ternae; 1025
 ad plures edite die, plures dant tamen este.
 est ostur format.
 dat fio fierem fieri, dant cetera ternam.
 extremum terni praesens dabit imperialis.

VARIA LECTIO.

1011 dat praesens ferrem terni *A*₁ 1012 ferre praesens] praesens
 ferre *A*₁ 1013 notantur *A*₃ 1014 sequantur *A*₃ sequentur *e* notentur *M*
 1016 volt etc. voltisque *SP* 1020 huic] hinc *e*₂ demas] demis *Me*₁ 1022 dicas *S*
 1023 tamen] sed *A*₁ 1024 noli nolite nolito *L* *A*₁ || inclusa *om. A*,
m. rec. add. P, add. Io. Garl. (Ar) Me dicere velis (!) *add. L* tote
 teneto *add. S* 1025 ternae] terna *P* *M* 1027 nec plus inveneris illo
add. Io. Garl. (Ar) 1028 dant cetera ternam] *L* *A*₂ *P* dat cetera terne
S *A*₁ dat cetera quarte *Me*₁ dat cetera terna *e*₂

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1011 'terni', sc. modi, i. e. optativi 'socium', i. e. praeteritum sive
 imperfectum coniunctivi 1012 'quinti' praesens, i. e. praesens infinitivi
 cf. adn. ad v. 1000 1016—1024 *Prisc. 454²²—456¹⁷* 1017 'iussio', i. e.
 imperativus modus, sumit 'supremum', sc. tempus, i. e. futurum, ex optativo,
 ut 'velis velis' etc. 1018 sq. optativus 'primo', i. e. in praesenti, habet
 'vellem velles' etc., 'sine', i. e. in futuro, 'velim velis' etc.; et haec, sc.
 'vellem et velim', 'sociis', sc. temporibus, i. e. subiunctivis imperfecti et
 praesentis repetenda sunt 1020 'huic', sc. 'supremo' sive infinitivo modo,
 'finem demas', i. e. infinitivus futuro tempore caret 1125—1027 *Prisc.*
456¹⁸—457¹⁷ 1029 'extremum terni', i. e. futurum optativi, loco praesentis
 imperativi ponitur: 'fiat fiat'

quaesumus ex quaeso retinens nil plus dare quaero.	1030
dat mereor merui, maestus sum maereo flenti.	
explicit expliciunt dic, infit et inquit et inquam.	
tantum praesentis sunt temporis infit et inquit;	
nil plus inveni, nec ab inquo dicitur inquit,	
hoc defectivum sed verbum dicito solum.	1035
inquam praesentis est et quandoque futuri.	
inquo -quis inquit, pluralis -imus dabit -untque,	
-am tantum dicunt -es -et donare futurum.	
est praesens inque, nil plus vult usus habere.	
-is -it declines ausim, pluraliter ausint.	1040
doque vale quidam dixere valetate valetate.	
sic formetur ave, nil plus poteris reperire.	
processu simili salve formare decebit.	
aio dic -is -it, -unt plurali sociabis.	
sic per praeteritum, lector, discurrere secundum.	1045

VARIA LECTIO.

1030 retinet *S* quaero] credo *P* post *v.* 1032 praesens praeteritum dic inquam siue futurum et laxo faxis faxit (*m. rec. add.*: et cedo pro die) *add. P* (*cf. re.* 1030 et 1047) 1033 sunt] est *P* 1034 invenio *L* dicitur] nascitur *P* 1035 hoc] nec (!) *Me*₁ 1037 inquo quis quit plurali tibi mus dabit untque *S* 1038 dicunt] dicas *Me* donare] formare *S* 1039 vult plus usus haberi *Me*₁ 1042 formatur *SMe* post *v.* 1043 venio dic ut eo sed unum pone supino *add. A*₂ 1044 is it] is et it *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1031 'dat mereor merui': *Phocas K. V* 431₈-10. cf. tamen *Neue II* 298-300 'maestus sum' *Græc. XVI* 48 sqq. *Salpit., Desput.* 200 'in usu non est maerui' *Prisc.* 419₁₂ 1032 'explicit expliciunt': 'verbum defectivum, i. e. terminatur et finitur vel liniuntur et terminantur, nec invenitur de eo plus' *Io. Iun., Brev. Benth.*; cf. *Mag. Cæs.* 154 *Du Cange.* 'explicit nullo modo dici quit, nisi consuetudo patrona sit; auctoritas enim et ratio regulæ deficit...; reor id scriptorum vitio accidisse, ut dicatur explicit pro explicat vel explicuit' *Quæst. gramm. cod. Bern. K. Suppl.* 179₁₈-22 'explicit, pluraliter expliciunt' *Salpit.* 'a doctioribus censentur barbara' *Desput.* 198 1034 *Prisc.* 495₁₄; cf. *Neue II* 612 sq. 1036 *Prisc.* 11 191₁₁-13 1037-1039 *Prisc.* 495₁₄-496₁₀ 1040 *Prisc.* 482₁₀-22; cf. *Neue II* 542 1042 sq. *Prisc.* 450₁₀ 1044-1046 *Prisc.* 494₂-15 541₁₈-512₁₆. - 'praeteritum secundum' est praeteritum imperfectum: 'aiebam aiebas aiebat aiebant'

invenietur ai.

et faxo faxis faxit dico, cedo pro die.

[Capitulum VII]

Quatuor in verbis sunt formae, praeteritisque
 die inceptivam meditativamque carere;
 esuriit tamen invenies et parturierunt. 1050
 ex verbis illas perfectis credimus ortas;
 quaeque frequenter agis, etiam formantur ab illis,
 atque prior sit ei data declinatio verbi.
 ex u supremi decet o formare supini:
 sic curro curso formabit, nectoquo nexo. 1055
 si tamen a longa sit in illius antesuprema,
 hanc in i mutabis formans et eam breviabis:
 sic rogo dat, rogito, sic aptito fiet ab apto.
 sed si perfecti sit praeteritum retinens gi,
 tunc ex persona praesentis deme secunda 1060

VARIA LECTIO.

1046 invenietur ai *LA1 A2* invenitur (!) ai *A8 SPMe* nil vult plus
 usus habere *add. L* per presens imperialis *add. P* facit hoc modus im-
 perialis *add. e2 hemistich. om. Io. Garl. (Ar)* 1047 faxo faxis faxit cedo
 pro die *LA1 A2* [et] die *A8* dat *S* dico] die et *Me* v. 1047 *om. Io.*
Garl. (Ar) 1050 esurii *P* oxurii (!) *M* exurit (!) *e1* 1053 ei] eis
Me 1056 illius] illis *e* 1058 [et] fiat *A2*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1047 'faxo' etc. *Serv. in Donat. K. IV 4372* 'cedo' *Prisc. 42016*
 45016 1048 *Prisc. 4218*; cf. *Neue II 543 sq.* 1050 'scias, quod
 esurio facit praeteritum esurivi, ut patet Matth. XXV: "esurivi enim, et
 non dedistis mihi manducare", quod est contra naturam verbi meditativi...;
 sed die: esurivi ponitur pro famui sive famem habui' *Io. Iun.* 'licet ars
 grammatica ita exigat' (sc., ut verba meditativa careant praeteritis),
 'potest tamen aliter dici et inveniri in divina pagina, quae non coartatur
 regulis grammaticorum' *Hug. ap. Io. Iun. in praef. p. III. cf. Graec. XXVI*
 210 *Neue II 507* 'esurio facit esurivi et parturio parturivi, et sunt neutri
 generis' *May. Caps. 121* 'esuriit et parturierunt' *Henrichm.* 1051--1053 verba
 inceptiva sive inchoativa, meditativa, frequentativa formantur a verbis
 perfectis sive primitivis; verba frequentativa sunt primae coniugationis
 1054--1062 *Prisc. 42919--4319* 1058 'aptito' auctoritate carere videtur

s, et to iungas: legito sic ex lego formas.
 seiscitor et scitor diceas et quaerito, sector.
 hanc inceptive formam veteres posuere:
 eo cum persona praesentis lunge secunda
 verbi perfecti; decet hinc exemplificari: 1065
 ferves ferveo dat norma tepesque tepesco.
 sed diceas hisco, cum regula format hiasco.
 hanc declinari faciet tibi tertia verbi.
 in meditativis fiet formatio talis:
 verbi supremum perfecti pone supinum 1070
 et finem breviam, cum quo rio sit sociata:
 parturio facere sic debes esurioque,
 verborumque data sit declinatio quarta.

(PARS II)

[Capitulum VIII]

Hic iubet ordo libri vocum regimen reserari.
 vult intransitio rectum supponere verbo; 1075
 de personali tamen hoc intellige dici.
 saepe vocans verbum sibi vult apponere rectum
 et substantivum vel quod vim servat eorum.

VARIA LECTIO.

1061 ex] a S 1062 diceas] dicas P scitor diceas] diceas scitor S
 1063 inceptivam e2 formam veteres] veteres formam P veteres legem A1
 1066 normam (!) Sc 1067 formet S 1075 vult SP (sic vulgo cett. II.)

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1061 'legito' invenitur ap. *Prisc.* 430a in *Osh. Pan.* 297 in *Brev.*, ap. *Sulpit. Manut.*, *Henrichm.* 1063–1068 *Prisc.* 42716–4298 1069–1073 *Prisc.* 42910–16 1075–1078 'supponere, apponere': his terminis intransitive adhibitis pro 'supponi et apponi' vel 'suppositum et appositum reddere' medii aevi grammatici usi sunt, ut significarent id, quod nos secundum dialecticos 'subiectum' et 'praedicatum' appellare consuevimus; cf. etiam *Despaut.* 228. sensus igitur est: in constructione intransitiva verborum personalium finiti modi nominativus praedicatum praecedit. verba autem substantiva, ut 'sum fio existo', verba vocativa, ut 'apellor dicor' etc., et verba, quae vim horum verborum servant, ut 'sedeo incedo, baptizor ordinator' etc., saepe nominativum post se, i. e. praedicativum habent

horum consimiles debet coniungere casus
 copula, personam dum pertineant ad eandem. 1080
 ex vi personae rectum regit initialem;
 rectum, qui sequitur, verbi natura gubernat.
 apponens duplices substantivos sibi iunges
 in casu simili, poteritque genus variari.
 tunc illos ad rem spectare decebit eandem, 1085
 et plus communis praecedere debet in istis,
 sicut homo Sortes, animal capra consimilesque.
 tertiae personae generaliter omnis habetur
 rectus; sed demo pronomina quatuor inde,
 ista vocant rectos ad primam sive secundam: 1090
 pauper ego ludo, dum tu dives meditaris;
 nos tui loquimur, cum vos timidi taceatis.
 personas, genera, numeros conceptio iungit,
 personas sibi dissimiles conceptio iungit.
 ac per et in medio positam conceptio fiet; 1095
 si praeponatur, conceptio nulla paratur.

VARIA LECTIO.

1086 commune *PMe* istis| illis *Al P* 1089 demas *PSMe*
 1090 illa *Al* 1091 dum| cum *PMe* 1092 cum| dum *L* v 1093 om.
Mei post v. 1096 ut si dicatur et sortes et populus currunt *add. L*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1079--1082 'natura praedictorum verborum vult copulare inter similes casus ante et post, dum pertineant ad idem, ut "ego sum studens", vel quando videntur pertinere ad idem, ut "homo est asinus"; tam nominativus a parte ante constructus regitur a verbo ex vi personae, sed nominativus a parte post constructus regitur ex vi naturae verbi' *Gl. n.*
 1083--1087 agitur de appositione 1087 'Sortes' = Socrates. nomen ita corruptum illius aetatis philosophi grammaticique vulgo usurpabant reclamantibus philologis. 'inepti dicunt Sortes pro Socrates' *Despaut. 261*
 1088--1092 omnis nominativus generaliter tertiae personae est exceptis quatuor pronominibus, sc. 'ego nos', quae sunt primae, 'tu vos', quae sunt secundae, personae. cf. *Prisc. II 211c--11* 1093 conceptio, quae vocabatur, (cf. *Prisc. II 17818 18322 Despaut. 246 sq.*) triplex est: personarum, generum, numerorum, quae singulae species deinceps uberius tractantur (v. 1094--1124) 1094--1097 conceptio personarum fit inter dissimiles personas coniunctione copulativa in medio posita, non fit ea coniunctione praecedente; verbum cum persona concipiente in persona convenire debet. cf. *Despaut. l. c.*

concipiens simile sibi vult verbum retinere.
 prima duas alias recipit, sed non vice versa;
 concipiens mediae da ternam, nec retroverte;
 concipit in ternis quae prima locatur in illis. 1100
 sic ego tuque damus; ego te fraterque rogamus;
 tu fraterque datis [dominus servusque precantur].
 per eum, sed nunquam per vel conceptio fiet:
 tu mecum iuste debemus iura tenere.
 sic ego cum Petro gaudemus regna tenendo. 1105
 sed non per quintum fiet conceptio casum,
 si quintus desit: tu, Petre, tuque rogate;
 eumque tuis sociis, orate, sacer Dionysi.
 inter personas non fit conceptio ternas;
 sed per et aut per eum coniunctio fiet earum, 1110
 neutraque concipitur: dominus servusque precantur;
 Petrus cum Paulo regnant cum rege superno.
 pluribus est tanquam sententia certa, quod inter
 personas possit fieri conceptio ternas.
 ut personarum, generum conceptio fiet. 1115

VARIA LECTIO.

1097 sibi] tibi *P* vult verbum] verbum vult *ei* 1099 da] dat *S*
r. 1100 *om.* *A1 A2 Mc* 1102 || *inclusa om.* *M Pas e* (*cf.* *r.* 1111), *add.*
cell. codd. ut honorem recipiatis *add.* *Io. Garl. (Ar)* 1104 iura] regna
S A2 1105 regna] iura *A3 S Mc* 1107 tu] ut *L Pet* 1110 coniunctio]
 conceptio *Aa*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1098--1102 *Prisc. II* 1786--21. - prima persona concipit secundam
 et tertiam ('ego tuque damus, ego te fraterque rogamus'), secunda persona
 concipit tertiam ('tu fraterque datis'), sed non vice versa; inter tertias
 vero personas, quae primo loco ponitur, concipit alteram. *cf.* tamen
v. 1103 *sqq.* 1106--1108 'quando diversae uno sociantur verbo personae,
 necesse est nominativos coniungi: "ego et tu et ille docemus"; nemo enim
 dicit: "ego et grammaticae et ille docemus", nisi si attentionis causa ponens
 nominativum pronominis adiungam ei vocativum nominis, ut "ego et tu,
 grammaticae, et ille docemus"' *Prisc. II* 20228--2034. 'eumque tuis sociis
 orate, sacer Dionysi': bene dicitur, si intelligatur nominativus "tu", teste
Tibergera. sic tamen loqui non audeam, quin idoneos ita loqui non comperio'
Despaut. 216 1115 sicut personae se concipiunt altera alteram, ita
 etiam genera se invicem concipiunt

adiectiva tenet generis conceptio, masque
 femineum recipit et neutrum, nec retroverte:
 hic uerque toro sunt iuncti, mente remoti;
 sunt domino grati virgo cum virgine iuncti;
 bos et iumentum sunt ad praesepe ligati. 1120
 neutraque femineis tanquam concepta videbis:
 per vim sunt leges et plebiscita coactae.
 hoc etiam saepe facies in distribuento:
 pronus uterque iacet, de Petro dic Helenaque.
 disiungit regimen, quod iunxerat ante, prolepsis: 1125
 hi metuunt alios dominos aliosque magistros.
 aut, quod proposuit, extra sumendo reducit:
 hi properant et ego; tu ludis et ille sedendo.
 invenies rectum quandoque regente solutum.
 ecce tibi quartum rectumve solet dare casum. 1130
 Est obliquorum regimen, quod scire laboras.
 in primis regimen, quod fit per nomina, post haec,
 quod per verba, dehinc, quod fit per cetera, dicam.
 hinc exempla notes, quibus ista videbis aperte.
 nomen significans possessum da genetivo. 1135

VARIA LECTIO.

1118 hic| vir (!) P toro| thoro *codd.* 1124 Petro| Pari P 1125 pro-
 lepsis *omn. codd.* 1130 rectum quartumve *SPMe* 1134 inde per
 exempla tibi res est notificanda P

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1119 'virgo' hic figurative masculini generis ponitur; cf. adn. ad v. 557
 1122 'hinc leges et plebiscita coactae' *Lucan. Phars. I 176 ap. Prisc. II 1852*
 1123 sq. hic auctor determinat de conceptione generum implicita,
 dicens conceptionem generum implicitam saepe fieri nomine distributivo, ut
 si demonstratis Petro et Helena dicatur: 'uterque iacet pronus' 1125 sq.
 constructio ex vi prolepsis. cf. *Prisc. II 1251-17 Desput. 248 sq.*
 1127 sq. constructio ex vi zeugmatis. cf. *Prisc. II 1832 sq. Desput. 250 sq.*
 1129 nominativus quandoque absolute ponitur, ut 'unum, duo, tria, pax vobis'
 1131-1134 eodem ordine, iam a *Prisciano* observato, regimen casuum pertractant grammatici neoterici *Sulpitius, Manutius, Henrichmannus, Desputerius* alique, partim quidem de verborum constructione primo loco disputantes 1135-1139 genetivus ex vi possessionis. cf. *Prisc. II 2131-15*. — 'si petis adiungi' etc.: 'ostenso vicino non possum dicere "iste est meus" nisi addatur "vicinus" vel "socius"' *Gl. n.*

dicere si vere possis: istud mea res est,
 cum nihil adiungas, tunc est possessio pura.
 dentur in exempla tibi regis equus, ducis aula.
 si petis adiungi, non est possessio pura.
 per plures species huius divisio fiet. 1140
 pars propriumque regunt genetivos atquo reguntur,
 dum tamen attendas laudem vel crimen utrumque:
 dextra viri fortis speciem superat mulieris.
 vir fortis dextrae, speciei femina mirae.
 vir duri capitis et formae femina turpis. 1145
 et debet parti, quod pars fuit, annumerari.
 clausum sub parte dices tunc temporis esse.
 contentum regit hos et res, quae continet illud,
 ut vinum vasis et sunt duo dolia vini.
 contentis suberunt ea, quae contenta fuerunt. 1150
 tempus, qui fiunt in eodem, continet actus.

VARIA LECTIO.

1136 possis uere *A*₁ 1138 in exemplum *Me* 1139 pura] simplex *S*
 1142 [dum tamen attendas] cum t. attendas *S* dum t. attendis *P* utrim-
 que] in illis *Me* 1143 speciem] formam *S* r. 1145 om. *A*₁ 1151 fient]
 fuerint *A*₂ *A*₃ *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1141--1147 genetivus ex vi demonstrationis essentiae. cf. *Prisc. II* 214b-14. -- dictiones partem vel proprietatem significantes regere possunt genetivos significantes totum illius partis vel subiectum illius proprietatis ('dextra viri fortis', 'species mulieris'); a contrario dictiones totum vel subiectum significantes regere possunt genetivos significantes partem illius totius vel proprietatem illius subiecti mediante nomine adiectivo importante laudem vel vituperium ('vir fortis dextrae' vel 'formae femina turpis') sec. *Gl. n.* quaestio, num sit necessarium adiectivum laudis vel vituperationis semper adicere, sic solvit *Despaut. 267*: 'in ablativo (cf. vv. 1313--1316) est necessarium, sed in genitivo aliquando non additur, ut "vir consilii, homo pacis" 1146 'et debet parti — annumerari', ut 'comedi pedem porci' *Gl. M, Gl. n.* 1148--1151 genetivus ex vi continentiae passivae et activae. — dictio significans rem contentam regere potest genetiivum significantem rem continentem ('vinum vasis'); e converso dictio rem significans continentem potest regere genetiivum significantem rem contentam ('duo dolia vini') sec. *Gl. n.* 1150 ex.: 'bibi vinum vasis' *Gl. n.* 1151 ex.: 'tempus disputationis, hora caenae, labor unius diei' *Gl. n., Gl. l.*

his adiungetur praelatio eum famulatu:
 rex huius populi veniet regisque minister.
 proximitas, contrarietas, genus his sociatur:
 huius vicinus, hostis regis, pater eius. 1155
 verbum, quod transit, dat in or verba vel in trix,
 praesens participans pro nomine ponitur: istos
 ista regunt casus, ut amator, amans et amatrix;
 cuilibet istorum poteris coniungere vini.
 suntque regendo pares praedictis aequiperantes, 1160
 ut cupidus ludi puer est timidusque flagelli.
 artificii regimen datur hic, ut epistola Pauli.
 quodque sit ob causam, regit hos, ut busta parentum.
 effectus nomen causae iunges genetivo:
 effectus culpa pudor est et poena reatus. 1165
 illud, quod regitur, et rector idem tibi signant:
 virtus vera Dei nos crimine purget ab omni.
 materiam signans iungatur, ut anulus auri;
 aut ablativum dabis ex aut de praeunte.
 adde relativum: sunt dupla quaterna duorum. 1170
 sic generis speciem dic atque gonus speciei.

VARIA LECTIO.

1154 sociantur *Me* 1155 eius] huius *LA₁A₂* 1157 participans]
 participis *M* 1158 amator amans et amatrix] amans amator (*I*) ama-
 trix *Me₁* vv. 1159. 1160 om. *P* 1162 hic] hinc *P* hoc *Me₁* 1163 quod
 sit ob hanc causam *A₂* ut busta parentum] *LA₂Pa₁*, superser. litteris
 minutis vel sic: velut ara triumphi *LA₂* velut ara triumphi *A₁A₃Me₂*
 1164 nomen iungens cause *SA₃* nomen cause iunge *A₁* nomen iungens
 cause *P* 1169 dabis] dabit *A₁A₂Me₁* regit *P* aut] vel *SA₃Pe* 1171 spe-
 ciem generis *SA₃PM_e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1152—1155 genetivus ex vi praelationis et famulatus, proximi-
 tatis et contrarietatis. cf. *Prisc. II 219¹²—27 Desput. 275* 1156—1161 ge-
 netivus ex vi actus conversi in habitum. cf. *Prisc. II 215²³—27*
Desput. 269 sq. 1162—1169 genetivus ex vi causae vel effectus:
 a) causae artificialis (1162); b) causae finalis (1163); c) causae naturalis
 (1164 sq.); d) causae formalis (1166 sq.); e) causae materialis (1168 sq.)
 1170 sq. genetivus ex vi relationis

cum partitivis numerum seriemque locabis:
 quilibet, alter, uter, neuter, duo, quartus eorum.
 pone gradum medium, partitio quando notatur.
 ut partitivum pones ubicunque locorum. 1175
 sub partitivis pronomina terna locabis,
 ut volucrum canit haec, gemit ista, tacens manet illa.
 da gradui summo genetivum plura notantem:
 est Salomon populi doctissimus atque virorum.
 isto gradus geminos quandoque regit genetivos: 1180
 esse solet nemorum regum ditissimus isto.
 expositum poterit regimen tibi notificare.
 idque, quod esso solet de consuetudine, iunges,
 ut caupo, pistor, horum schola sive taberna;
 laetitiae cathedram sub consuetudine ponam. 1185
 additur excellens: flos florum virgo beata.

VARIA LECTIO.

1177 ista t. m. illa] illa t. m. ista *PMe* 1179 doctissimus] ditissi-
 mus *SAe* 1181 nemorum regum] regum nemorum *S* 1182 expositum]
 exemplum et poterit regimen] regimen poterit *P* 1183 sub consuetudine *P*
 iungam *SP* 1184 taberna] capella *PMe* 1185 de consuetudine
 iungam *S* 1186 virgo beata *L* virgo maria *cell. codd.*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1172—1182 genetivus ex vi partitionis. cf. *Prisc. II* 21517—26 *Despaut.*
 278. — 'numerum seriemque' (1172), i. e. numerum cardinalem et ordinalem.
 pronomina terna' (1176), sc. 'hic ille iste'. — 'pone gradum — notetur' (1174),
 ut 'fortior manu est dextra' *Gl. n.* — 'iste gradus — genetivos' (1180 sq.),
 'i. e. ille superlativus duos genetivos regere potest, cuius positivus regit
 unum, ut in exemplo supra posito 'dives'. cf. 'ditissimus agri (auri)
 Phoenicium' *Verg. Aen. I* 313 sq. ap. *Prisc. II* 2184 22115 *Dion. 18317*
 1183—1194 constructiones speciales: a) ex vi consuetudinis
 (1183—1185); b) ex vi excellentiae (1186); c) ex vi appretiationis
 (1187); d) ex vi aetatis (1188); e) ex vi commensurationis (1189); f) ex
 vi repraesentationis (1190 sq.) 1184 ex: 'caupo vini, pistor panis,
 schola studii, taberna ludi' *Gl. n.* 1185 'laetitiae cathedra' sic dicta
 'quia solet inferre laetitia magistrandis et doctorandis, cum gradus acci-
 piunt in cathedra' *Gl. n.* in tali locutione, etiam a *Despauterio* 258 usur-
 pata, est hebraismus quidam, quem in Vet. imprimis Testam. saepissimo in-
 venies, ut 'beatus vir, qui ... in cathedra pestilentiae non sedit' *Fulv.*
Psalm. I 1; cf. *Kauten* 216

his pretium iunges, ut salmo decem solidorum;
 aetatem iungo, velut annorum puer octo;
 mensuramque notans, ut vasa trium modiorum.
 remque repraesentans regit hos, aut signa figurans: 1190
 in crucis hoc signo vel regis imagine signo.
 per supplementum propriis iunges genetivum:
 Dalida Samsonis probat hoc iacobique Maria.
 multaque comperies, cum possessiva resolves.
 additur oblitus, meminini, memor atquo recorder, 1195
 inter et est iunge demens pronomina quinque:
 intererit regis, ut regnum iure gubernet.
 reginae refert, ut vivat orimine munda.
 est intellectum pro pertinet additur istis:
 est patris matrisque pie succurrere nato. 1200
 dat regimen simile quod pertinet officiumque.
 et rectore caret genetivus saepe localis,

VARIA LECTIO.

1187 decem] trium *SA* *PMe* post v. 1189 additur his pondus
 piper assis et uncia cerac *add. ez* 1190 hos] hunc *Me* 1193 probat
 hoc Iacobique Maria] iacobique maria quiescunt *S* iacobique maria
 quiescit *P* (*cf. v. 1389*) 1194 cum] si *e* post v. 1195 dat misereris
 idem *add. P* 1196 demens *L* *P* demens *cell. codl.* 1198 regineque
 refert (!) *Me* munda] pura *PMe* post v. 1201 ut custos rerum
 (regum *Me*) sic et custodia rerum *add. PMe*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1193 'Dalida': 'Dalila dicendum esse censet Badius, non Dalida, et
 producit a Christianis' *Despaut. 484* 'Iacobus', *cf. v. 1389*: 'in quibus
 Rigam auctorem habet pardo maculosiorem, . . in Luca dicentem: "Alphci
 Iacobus, Thaddaeus, Bartholomaeus"' *Despaut. 432* 1194 dicit auctor multo
 plura inveniri regimina genetivi, cum nomina vel pronomina possessiva
 in sua substantiva resolverentur, ut 'Evandrius ensis, Saturnia regna', i. e.
 'ensis Evandri, regna Saturni'. *cf. Prisc. II 1668-17 21815-20* 1195-1200 de
 constructione quorundam verborum 1195 haec verba etiam cum
 accusativo construi posse infra v. 1276 docet auctor. *cf. Despaut. 313 sq.*
 1196 'pronomina quinque': vide v. 1325 sqq. *cf. Prisc. II 1591-14 Despaut.*
 315 1201 ut verba praedicta construuntur cum genetivis ratione per-
 tinentiae, ita etiam nomina pertinentiam designantia vel officium, ut
 'index litis, officium episcopi, custos ecclesiae, ianitor caeli'. *sec. Gl. ap.*
Tharot. 286 et Gl. n. 1202-1206 de genetivo loci absoluto: pro-
 pria civitatum nomina genetivo et accusativo et ablativo casu adhibita,

cum nullum motum designas, dum praeceptis
sit numeri nomen, et primae sive secundae:
Rotomagi studeas, et Romae deinde moreris.
militiae tamen atque domi residebis humique.
vespera paschalis hoc poni more videtur.

1205

Possessum debes sociare genusque dativo,
cum verbo, per quod substantia significatur.
sicque relativae voces hunc saepe gubernant.
his contrarietas societur proximitasque:
isti dissimilis, vicinus sive propinquus.

1210

VARIA LECTIO.

1203 cum *etc.* dum] cum *etc.* cum *SP* dum *etc.* dum *M* 1204 et]
sit *Pe* 1205 et] ut *M* vel *e* 1206 atque] adde *Me* 1207 vespere (!) *Me*
et 1209. 1210 *inverso ordine in L* 1211 societur] sociatur *A* formatur *S*
1212 istis .1)

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

quo *Priscianus II* 664–11, *Donatus*, *Servius* pro adverbii loci accipiunt,
Alexandro atque etiam posterioris aetatis grammaticis absolute posita
esse videbantur; cf. vv. 1283 sqq. 1341 sqq. de hac re sic disputat *Despaut.*
339: 'utrum carentia rectore nomina dicenda sunt, an adverbia? nomina
aliquid de adverbiorum natura retinentia, qui id doces? admittunt ad-
iectiva, ut "sum domi meae, vivo Athenis tuis", id mera adverbia num-
quam facerent, nec admittunt quaecunque adiectiva, ergo non sunt mera
nomina, sed media quaedam inter nomina et adverbia. *Donatus* et *Ser-
vius* negant quoquo modo dici nomina; illi suam habent opinionem, nos
nostram'. propriis oppidorum nominibus adduntur haec tria nomina
appellativa 'militia, domus, humus' (*Prisc. II* 674–6), de quorum simili
constructione legitur in *Gl. n.*: 'licet non sint propria nomina, tamen
Romani utebantur eis tanquam propriis nominibus, quia habebant quae-
dam loca, quibus appropriabant ista nomina propter speciales actus, qui
fiebant in eis'

1207 sicut nomina localia auctori etiam nomen 'vespera' absolute
in genetivo positum osse videtur in antiphona illa paschali: 'vespere
autem sabbati, quae lucescit in prima sabbati, venit Maria Magda-
lena' etc. *Vulg. Matth. XXVIII* 1 (ex falsa interpretatione illius $\delta\psi\epsilon\delta\epsilon$
 $\sigma\alpha\beta\beta\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon\tau\omicron\upsilon\tau\eta\epsilon\pi\iota\tau\omega\sigma\alpha\chi\omicron\nu\sigma\eta\epsilon\iota\varsigma\mu\iota\alpha\nu\sigma\alpha\beta\beta\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon\tau\omicron\upsilon\tau\epsilon\tau.\lambda.$ cf. *Despaut.* 310)
1208 sq. dativus ex vi possessionis, cf. *Prisc. II* 1816–20. — dicit auc-
tor dictionem significantem rem possessam regere posse dativum signi-
ficantem possessorem illius rei mediante verbo substantivo, ut 'liber est
puero'; similiterque dativum regere posse dictionem significantem genus,
i. e. consanguinitatem seu principium generationis, ut 'pater mihi fuit
Aristarchus' 1210–1212 dativus ex vi relationis, contrarietatis et
proximitatis, cf. *Prisc. II* 21919–27

in bilis aut in dus verbalia iungis eisdem:
 sic nobis Christus et amabilis est et amandus.
 damnum significans aut utile pone dativo: 1215
 hic patri gratus hostique gravis; dare debes
 patri si prosit, illi, quod subtrahis hosti.
 istius regimen dabit adquisitio casus:
 nobis est passus, qui nobis cuncta creavit;
 nobis surrexit, qui nobis Tartara frēgit. 1220
 verbo saepe duos dabis acquirendo, dativos:
 haec mihi sunt lucro, sunt nobis cetera damno.
 acquisita notes, quibus acquisita notabis.
 saepe resolvīs in ab: huic visus, visus ab illo.
 his praeceptiva quartisve potes dare verba; 1225
 iunges, quae fari signant vel significare:
 haec tibi clarifico, signo vel denoto, scribo.
 erudio, iubeo, doceo, simul instruo, disco
 ac introduceo debes coniungere quarto;
 dum tamen, adquiris, decet haec sociare dativis. 1230

VARIA LECTIO.

1213 iunges *c1* 1215 pone| iunge *Me* 1216 debet *Me1* 1217 illi|
 illud *Pc* subtrahis| subtrahit *AgMe1* 1219 cuncta creavit| tartara fregit
PSAs 1220 Tartara fregit| cuncta creavit *L (item v. antec.) PSAs*
 1222 sunt nobis| *L* sunt illi *P* nobis sunt *SM* sunt vobis *e2* v. 1222 om. *c1*
 1223 notabis| videbo *SA3PMe* v. 1225 post c. 1230 colloc., v. sic mutato: His
 praeceptiva poteris adiungere verba *P* 1226 vel| aut *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1213 sq. dativus ex vi actus conversi in habitum. cf. *Prisc. II*
 219¹³—18 1215—1217 dativus ex vi acquisitionis specialis. cf. *Prisc. II*
 219¹—12 1218—1220 dativus ex vi acquisitionis generalis. cf.
Prisc. II 218²³—30 1221—1223 de duplici dativo: verbum acquisitionis
 saepe duos regit dativos, unum ex natura acquisitionis, alterum ex
 natura causae finalis. cf. *Prisc. II* 224⁷—10 1224 *Prisc. II* 158²¹
 sq. 269²⁶ sq. 1225—1227 verba praeceptiva et verba dicendi dativum
 et accusativum regere possunt, et dativum quidem significantem illum,
 cui praecipitur vel loquitur, et accusativum significantem id quod prae-
 cipitur vel dicitur 1228—1230 ista verba supra posita, quae ex propria
 natura regunt accusativum, quando acquisitive ponuntur, etiam dativum
 regunt, ut 'doceo patri filium suum grammaticum'. exempl. *Gl. n.* cf.
Despaut. 350 sqq.

obvius atque -viam, -vio, vae simul, heu quoque iungam;
contigit, evenit, accedit et placet adde dativo,
et libet atque licet, liquet et vacat additur istis.

Accusativi regimen subiungitur istis.

saepe, quod est partis, toti datur et regit illam.
est ibi synodoche: quando faciem nigra dentes
albet; nuda pedes; mulier redimita capillos.
multotiens verbum fert significata duorum;

voce gerundivi solet unum significari;

accusativos hoc verbum dat tibi binos,

dum manet activum, sed et alter habetur eorum,

qui, si iungatur passivo, non variatur.

infinitivi natura modi sociatur;

1235

1240

VARIA LECTIO.

1231 iungo *Me* 1232 contigit accedit evenit *etc. PA* contigit (*I*)
accedit evenit *etc. Me* contigit evenit et placet accedit *etc. A2* dativus *e*
1233 illis *M* 1235 illam] ipsam *P* 1236 synodoche (sinodoche sinodoco)
codd. et e2 synecdoche *e1* 1237 pedes] pedem *A3* pede *M* 1238 verbum
multotiens *A2*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1231 'heu' interiectionis (quam postea v. 1278 accusativum regentem reperies) cum dativo constructae exemplum afferunt glossatores hoc: 'heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est' *Vulg. psal. CXIX*; et additur in *Gl. n.*: 'ideo auctoritas Laurentii de Valla' (dicentis heu nunquam construi cum dativo) 'non est acceptanda, quia non loquitur in hoc expertus, sed magis ex voluntate contradicendi Alexandro, ut contra quam plurimos more pomposorum facit, non ex ingenii certitudine' 1232 sq. *Prisc. II 15828-30 2304 sq.* 1235-1237 accusativus ex vi synecdoches. cf. *Prisc. II 22011-2216 Despaut. 267 sq.* 1238-1242 accusativus duplex ex vi gerundivi et ex natura propriae significationis. cf. *Prisc. I 39120-3926 II 26927-2706.* 'verbum habens significata duorum verborum, quorum unum exponitur per gerundium subintellectum (cf. v. 1249), potest regere duos accusativos, sc. unum significantem rem recipientem, alterum rem receptam, dum verbum manet activum; sed si activum resolvitur in passivum, tunc regit unum illorum verborum, sc. qui significat rem receptam. exemplum primi: "doceo te grammaticam"; exemplum secundi: "doceris a me grammaticam" *Gl. n.* 1243-1252 accusativus triplex ex natura infinitivi etc. ut supra. quia talium verborum infinitivus, sicut verbum finitum, duos regere potest accusativos, et praeter illos unum regit ex natura propria, tres habemus accusativos; unum con-

impersonalis tamen hinc modus excipiatur.
 hinc datur exemplum tibi triplex: dico magistrum 1245
 discipulos mores placidos de iure docere.
 infinitivi natura regit praeconem,
 doctrinam capiens regitur vi transitionis;
 hocque gerundivum tradendo die ibi clausum,
 cuius vi regitur casus, qui non variatur, 1250
 dum por passivi vocem volo dicta resolvi;
 aut illic positi regit hunc vis propria verbi.
 accusativis data per vim transitionis,
 si vox concordet, activa frequenter habebis.
 verbo composito casum quandoque locabis, 1255
 quem dat componens, ut: vis exire penates?
 paenitet et taedet, miseret, pudet et piget, ista
 accusativos sibi iungunt et genitivos,
 natura primum, sed transitione secundum.
 accusansque modo damnansque locatur eodem, 1260
 verbaque sumpta foris: Christi bonus ardet amorem.

VARIA LECTIO.

1244 hinc *S'* 1245 triplex tibi *Me* 1246 placidos mores *A2* mores
 placido (!) e. *vp.* 1245. 1246 *om.* *A1* 1257 piget et pudet *S A2 A3 Pe* 1258 sibi
 iungunt et genitivos] regunt (!) simul et genitivos *P'* 1260 modo] loco *A3*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

structum a parte ante et duos a parte post. — 'impersonalis' sc. verbi,
 quia impersonalis verbi modus infinitivus non regit casum a parte ante.
 'exemplum triplex' i. e. triplicis accusativi

1253 sq. accusativus ex vi transitionis: verbum activum, 'si
 vox concordet', i. e., si transitive ponatur, frequenter accusativum regit
 1255 sq. accusativus verbi absoluti in compositione. — 'vis exire
 penates': 'exeo quando est compositum ex duobus integris, sc. ab ex et
 eo, tunc regit ablativum; sed quando est compositum ex uno corrupto et
 alio integro, sc. ab extra et eo, tunc regit accusativum' (*Gl. n.* exempla
 huius verbi transitivo constructi inveniuntur ap. *Ovid. met. X 51 Verg.*
Aen. V 138 XI 750 Terent. Heu. III 3, 18 Vulg. Matth. XXVI 31 all. ll.
 1257—1259 de verbis impersonalibus, quae accusativo simul et
 genetivo copulantur. cf. *Prisc. II 230v—s 232v—233s*. — iidem versus
 reperiuntur in *Græc. XVI 31sq.*, prior repetitur a *Despaut. 318* 1260 de
 verborum actum accusandi vel damnandi significantium simili con-
 structione. cf. *Prisc. II 314s 326s sq. Despaut. 307* 1261 de accusativo
 verborum absolutorum 'foris', i. e. transumptive et metaphorice,
 positorum. cf. *Prisc. II 267v—2s Despaut. 370*

quae sine persona sunt atque gerundia iungis,
 si tamen a verbo, quod transeat, illa creabis:
 Matthaeum legitur; psalmos erat ante legendum.
 postulo, posco, peto, doceo, rogo, flagito, celo, 1265
 exuo cum vestit, monet, induo, calceo, cingo,
 accusativos geminos haec verba requirunt.
 hunc dant passiva, quem verba volunt ibi clausa,
 seu quem vis verbi sibi postulat associari.
 qui verbi regitur vi, passivis sociatur. 1270
 ornatus verbum spatiique moraeque gubernant
 accusativos vocum, quae talia signant:
 te vesti tunicam; perges iam milia septem.
 saepe regente caret vitae modus, idque probato:

VARIA LECTIO.

1262 iunges *As* 1264 Matthaeum] Virgilium *P* ante] inde *e*
 1166 calceo] calcio *Pe* *e.* 1267 om. *As* 1268 ibi] sibi *e* *p.* 1270
 om. *Me* 1271 moraeque] mor (*seq. ras*) *A1* mororque *As* 1273 perges
 iam] iam perges *A³ P. Me* pergis iam *S* 1274 regente] gerente *e1* idque
 probato] atque probatur *M*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1262–1264 docet auctor verba impersonalia passivae vocis et gerundia a verbis transitivis descendencia cum accusativo a parte post constitui posse. — re vera talis gerundii constructio iam apud veteres grammaticos occurrit, ut 'legendum est mihi Virgilium', 'legendum erit poetam, orationem, carmen' *Prisc. II 231s 321II*. dicit de hac constructione *Despaut. 374*: 'Aldus ait optime dici "legendum psalmos est" etc., nec dicit inusitatum esse nec invenustum'. — et *Ald. Manut.* ipse affert *Laetii* et *Virgilii* versus: 'externas quoniam poenas in morte timendum', 'pacemque Troiano a rege petendum'. 1265–1273 de verborum rogandi, informandi, vestiendi duplici accusativo (cf. vv. 1238 sqq); item de accusativo verborum ad spatium vel ad moram pertinentium. — ex.: de 'peto': 'si filius petierit patrem suum ovum, numquid dabit ei scorpionem?' *Valg.* 'experimentis cognitum est barbaros malle Romanos petere reges quam habere' *Tacit. sec. Despaut. 387* de 'rogo': 'cum rogo te nummos pro pignore, non habeo, inquis' *Martial.* de 'vestio': 'vestivit eum stolam byssinam' *Valg.* de 'calceo': 'calceo te caligus tuas' *Valg.* de 'induo': 'induite vos armaturam Dei' *Valg.* de 'postulo': 'dedit mihi Dominus petitionem, quum postulavi eum' *Valg.* 1274 sq. accusativus absolutus modum vivendi significans. — 'vive Deum', i. e. 'deifice' *Gl. n.* 'vives saecula cuncta', i. e. 'aeternaliter' *Gl. n.*, quae etiam affert illud *Boethii*: 'his asinum vivit', i. e. 'instat vel ad modum asini'; similiter: 'illa vox non sonat hominem', cf. *Despaut. 382*

vir bone, vive Deum, sic vives saccula cuncta. 1275
 his obliviscor iunges meminique, recordor;
 his iungas iuvat atque docet, delectat, oportet.
 o que sibi quartum solet, heu quoque, iungere casum.
 adde per et similes: per vicos itur ad urbes.
 inque notans contra quarto solet esse locata. 1280
 huncque gerundivis veteres casum posuere
 ut supponentem; quod multorum tenet usus.
 saepe regente loci nomen caret, ut Babylonem,
 rusque, domum vel militiam rex vadit humumque.
 nomina, quae villis sunt appropriata locove, 1285
 qui minor est, servant hanc normam; sunt et eisdem
 rus et militia, domus ac humus associata.

Ablativorum regimen subiungitur istis.

tres notat esse gradus, qui comparat, inde notabit

VARIA LECTIO.

1275 sic vives] sic vive *P* si nines *S* 1277 iungas] iunges *S.A3 e*
 his iuvat atque docet iunges etc. *P.M* 1278 iungere] subdere *S.A3*
v. 1278 post 1280 colloc. *P* 1279 per similesque adde *e1* 1281 casum
 veteres *S.A3 P* *vv.* 1281. 1282 inter *vv.* 1278. 1279 colloc. *e1* 1283 re-
 gente] gerente *e1* 1284 vadit] venit *S* 1287 associata] associanda *P'e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1276 *Prisc. II 2962 31425*. cf. v. 1195 1277 *Prisc. II 2305 sq. 15* 1278 'heu'.
 cf. v. 1231 1279 sq. accusativus ex natura praepositionum. praepositio-
 nes, quae accusativo casui coniuguntur, enumeratae sunt a *Donato 36513-16*,
 a *Prisciano II 3620-23*; de singularum vi et significatione disseruit *Prisc.*
II 377-4425 1281 sq. auctor dicit antiquos grammaticos accusativum
 reddere voluisse suppositum, i. e. subiectum, verbis gerundivis, sc. verbi
 personalis activi generis, quae sua quoque aetate multorum grammaticorum
 esset opinio. collegerunt enim ex eo, quod secundum *Priscianum I 4097*
 'gerundia infinitivi vice funguntur', huius autem subiectum accusativo
 ponitur, idem cadere in gerundia, ut recte dici posset: 'magistrum legen-
 dum est Virgilium', i. e. magistrum dignum est legere Virgilium; simi-
 liter: 'comedentem habendum est panem', 'syllogizantem ponendum est
 terminos'. cf. *Gl. n.* et *Io. Iam. in praef. parte III.* de eiusmodi falsa
 constructione fusius disputare operae pretium duxit *Despaut. 369*
 1283-1287 accusativus loci absolutus. cf. adn. ad v. 1202 sqq.
 1289-1293 ablativus ex vi comparationis. cf. *Prisc. II 22218-24*.
 'sententia textus in virtute est haec, quod omnis comparativus, cuius
 positivus regit unum ablativum, potest regere duos ablativos, unum ex
 propria virtute, alterum ex virtute positivi' *Gl. n.*

multimodum regimen, qui rem discernit aperte:	1290
ditior est auro sapiens Salomone Sibylla.	
per magis expone regimenque videbis aperte:	
est auro dives regina magis Salomone.	
est ablativus demonstrans, quantus habetur	
excessus; regit hunc excessum dictio signans:	1295
hoc lignum digitis excedit quatuor illud.	
hoc lignum digitis est maius quatuor isto.	
remque notans fieri regit id, quo res ea liet:	
orator verbis vincit, vir bellicus armis.	
mobile mensuram designans addere debes:	1300
longum sex pedibus lignum latumque duobus.	
verbum materiam, causam, spatium pretiumve	
aut tempus signans ablativos regit horum,	
quae praedicta notant, ut: frenum fabricat aere;	
ista pudore silet; stadiis sex distat ab urbe;	1305
nocte morans tota panem nummis tribus emit.	
nomen eis adiunge, modum quod signat agendi:	
accentu plura proferre solemus acuto.	
saepe potestatis nomen subiungitur istis:	
A., rex Ierusalem domini dono, B. salutem.	1310
synodochen iungas, ut vultu virgo decora.	

VARIA LECTIO.

1290 multimodis *S* *vv.* 1292. 1293 *inverso ordine in ei* 1294 de-
 monstrans] designans *S A₁ P* 1296 excedit quatuor illud] excedit
 quatuor istud *A* est maius quatuor isto *S* est m. q. illo *P M* 1297 est
 maius quatuor isto] excedit quatuor illud *P S M* 1299 vincit verbis *A₂*
 1300 designans mensuram *e₁* 1301 longum *etc.* lignum] lignum *etc.*
 longum *e* 1302 pretiumque *e₁* 1305 silet *L M* tacet *cett. codd.*
 1306 nummis] solidis *e* emit] *LP* emis *S* emi *A Me* 1309 subiungitur]
 adiungitur *A₁* coniungitur *P* 1310 dono domini *A₁ A₂* dono dei (!) *M*
 1311 synodochen (sinodocen) *omn. codd. (cf. v. 1236)* vultu *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1294--1297 ablativus ex vi excessus 1298--1310 ablativus ex vi
 effectus vel causae: a) causae efficientis instrumentalis (v. 1298 sq.); cf.
Prisc. II 27014--22 b) causae formalis vel ex vi mensurae (v. 1300 sq.; cf.
 v. 1307 sq.) c) causae materialis d) causae finalis (v. 1302) e) causae efficientis
 principalis (v. 1309 sq.) 1302--1306 ablativus ex vi spatii, pretii, temporis
 1311 ablativus ex vi synecdoches. cf. *Prisc. II* 2216--10

ornatum subdis: indutus vestibus albis.
 toti da partem, subiecto proprietatem,
 sed laudem iunge vel vituperamen utrimque:
 vir manibus validis et virgo crinibus albis; 1315
 dextra vir fragili vel forma femina turpi.
 mobile vel verbum designans proprietatem
 sextis construitur, per quos ea significatur,
 aut instrumenti vel causae nomina iungè:
 cursu festinus; fulget virtute modestus; 1320
 est velox pedibus; blando sermone facetus;
 viribus invictus; properat pede; voce benignus.
 reque carere notans ablativum regit eius:
 ut poena carcat, homo purus crimine fiat.
 inter et est iuncta tibi dant pronomina quina: 1325
 intererit nostra vestraque meaue tuaque
 atque sua; normam refert servabit eandem.
 plenus, inops casum dant istum sive secundum:
 vini vel vino duo dolia plena videto;
 pauper, egenus, inops vino vel panis egebit. 1330
 dignor cum potior, fungor, vescor, fruor, utor
 et careo iungo casu tantummodo sexto.

VARIA LECTIO.

v. 1312 *om.* *e*₁ 1314 utrimque] utrumque *S* *e*₁ utrique *e*₂ 1315 et]
 uel *P* post v. 1315 vir forti (fortis *M*) dextra formaque (forma *e*) de-
 cento puella *add.* *P* *Me*₁, post v. 1316 *add.* *A*₁ *e*₂ 1316 vel] et *P* 1319 in-
 strumentum *e* 1320 fulget] subita (!) *e* v. 1321 *om.* *S* 1322 invictus]
 est victus *e*₁ 1323 remque (!) *Me*₂ ablativos *P* eius] huius *M*
 1324 fiat] vivat *S* *A*₃ *P* *Me*₂ 1326 tamque menque *S* 1329 videto]
 notato *P* 1330 egebat *P* 1331 dignor] dignus *P* *Me* 1332 et] cum *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1313—1322 ablativus ex vi demonstrationis essentialis. cf. vv.
 1141—1146 et adn., *Prisc. II* 211₁₆—20 222₁—10. — 'sed laudem—utrimque':
 i. e., regimen ablativi semper adiectivum laudis vel vituperationis requirit.
 cf. adn. ad vv. 1141—1147 1323 sq. et 1328—1330 ablativus ex vi carentiae
 et plenitudinis 1325—1327 *Prisc. II* 159₁—6; cf. vv. 1196 sqq. 1331 sq.
 ablativus ex vi effectus causae materialis circa quam

hos casus de, prae, coram sociaeque gubernant.
 cum super est pro de, sexto decet hanc sociare.
 iste datur casus passivis ab praecedente: 1335
 cernitur hic a me, quandoque videbor ab illo.
 vel si susceptum quod signes sive recessum:
 sic a te disco libros, a teve recedo.
 sunt ablativi plures rectoris soluti:
 discere discipuli debent doctore legente. 1340
 atque loci nomen quandoque regente carebit:
 Roma, militia vel humo vel rure domoque
 rex venit, atque means normam servabit eandem.
 servat idem verbum sine motu, dum societur
 nomen plurale vel cui sit regula ternae: 1345
 qui modo cure canit, Vernone canet vel Abrincis.
 ad nomen positum sic saepe relatio fiet,
 ut Romam vado, quae moenibus eminet altis.
 quaeris, si possit adiectivum sociari,
 ut: debet doctas bonus ire scholaris Athenas. 1350
 per quo, qua vel ubi sit quaestio sive per unde:
 illuc pergo foras; huc, istuc pergis eoque.
 his intro iungas; hac, illac pone meando;
 hic, illic, istic, intus, foris est et ubique;
 hinc, illinc, istinc remeat, foris, intus et inde.

VARIA LECTIO.

1334 hanc| hunc *ei* 1336 videbor| videbar *L* *v.* 1336 *om. M*,
m. rec. in mg. adscr. P 1337 quod| quid *S* signes| signet *M* 1343 nor-
 mam servabit| doctrinam servat *PMei* 1344 societur| sociatur *Az* so-
 ciamus *M* 1346 canet| canit *Se* Abrincis| sic site dabo compendium
 abeis *cod. L* resolendum est Athenis *cell. codl. et v* 1347 sic saepe|
 quandoque *M* 1348 vado Romam *PMe* 1351 vel| per *S* 1352 pergo|
 illo (?) *Pe* pergis| iungis *e* 1353 iungas| iunges *SPMei* *rr.* 1354. 1355 in-
 verso ordine in *M* 1355 remeas *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1333-1338 ablativus ex natura praepositionum. cf. *Donat.*
 3652-3661 *Prisc. II 442-563* 1339 sq. ablativus absolutus. cf.
Prisc. II 2212-2223 1341-1346 ablativus loci absolutus. cf. *adm.*
 ad v. 1202 sqq. — 'Verno', oppidum Galliae ad Sequanum situm. 'Abrincae'
 hodie 'Ayrnches' 1351-1355 de interrogativis loci adverbialibus.
 cf. *Prisc. II 1318-14*

Participans, quod in ans vel in ens fit, dicitur praesens.
 tus vel sus dat praeteritum, rus dusque futurum.
 quare per activa praesens, in rusque futura.
 quae dabit activum, dabit haec eadem tibi neutrum.
 sunt per passiva tibi cetera significanda. 1360
 deponens terna tibi dat, commune quaterna;
 lex tamen est talis, quod, quae carere supinis,
 non possunt recte per rus formare futurum.
 in verbi genere quae significatio, quare;
 hinc tibi multimodum credas regimen reserandum. 1365
 dum mutat regimen, fit participans tibi nomen,
 dum perdit tempus, dum comparat, et sociamus
 istis compositum, dum simplex sit tibi verbum.

[Capitulum IX]

Est post praedicta constructio iure locanda.
 in geminas species constructio scinditur: illi 1370
 transitio debet intransitioque subesse.
 cum partes, per quas constat constructio plena,
 signant diversa, constructio transeat illa;

VARIA LECTIO.

1356 in ens vel in ans *At* 1357 dant *M* *v.* 1359 post v. 1363 *colloc. S*
 1363 recte| rectum *PM* 1364 genere verbi *ei* quae significatio| que sit
 signo (*signatio?*) *L* 1365 reserandum| reserari *S* 1366 fit| sit *P*
 1367 et sociamus| associamus *Me* 1370 species| partes *As Pe* illi| illis *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1356-1368 de participiorum vi et regimine 1364 sq. *Prisc. I*
 5492-5501 *II 2236-15* 1366-1368 dicit auctor quatuor modis par-
 ticipium fieri nomen: a) cum mutat regimen, ut 'amans vini' b) cum
 tempus amittit, ut 'acceptus illi' c) cum comparisonem assumit, ut 'aman-
 tior amantissimus' d) cum participium componitur cum aliqua dictione,
 cum qua verbum eius componi non potest, ut 'indoctus innocens'. cf.
Prisc. I 5502-5513 5681-5692 Desput. 21, 379 1369 'constructio'
 medii atque etiam recentioris aevi grammaticis est debita et com-
 munis ordinatio partium orationis (cf. *Desput. 401*), sive sec.
tl. n. 'constructibilem unio ex modis significandi ab intellectu causata'
 1370-1389 de constructione transitiva et intransitiva earumque sub-
 divisione. cf. *Prisc. II 150-24 3223-25 I 5842-3 Desput. 401 sq.*

iudicium fit idem tanquam diversa notando.

hanc in membra duo distinguere convenit; eius 1375

sunt species: simplex quae transit quaeque retransit.

est intransitio tibi per praedicta notanda.

per binas species hanc distingues, quia simplex

hanc intransitio pariterque reciproca scindunt.

ecce, per exempla res est tibi notificanda: 1380

hic socium superat, vel Marcum Tullius orat.

exorat Marcum Cicero, quod diligat ipsum.

Tullius est Marcus; bos est leo; capra iuveneus.

se regit hic, ego me, tu te, nos diligimus nos.

isti se sociant, vos autem diligitis vos. 1385

actus transitio personarumque notetur.

quando non transit actus, nec passio cuiquam

infertur, nunquam transit constructio plena:

filius Alphaei Iacobique Maria quiescunt.

Construe sic: casum, si sit, praepone vocantem; 1390

mox rectum pones; hinc personale locabis

VARIA LECTIO.

1374 fit] sit *SAP* post v. 1374 v. 1379 colloc. *A₂* 1378 per
species binas *Mei* in species binas *P* 1380 res est tibi] tibi res est
ASP 1383 iuvenea *e* 1386 notentur *A₂A₃PMe* 1389 alfei *L*
1391 pones] ponis *S* hinc personale] impersonale (in *in ras.*) *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1381 exempla de constructione transitiva simplici: a) in qua constructibilia pertinent ad diversa b) videntur pertinere ad diversa 1382 ex.: de constructione transitiva retransitiva 1383 exempla de constructione intransitiva: a) in qua constructibilia pertinent ad idem b) videntur pertinere ad idem 1384 sq. exempla de constructione intransitiva reciproca 1386-1389 duplex est constructio transitiva, sc. actuum et personarum. constructio transitiva personarum est, quando actus verbi non transit in rem obliquam, nec passio videtur alicui inferri, ut 'filius Alphaei, Maria Iacobi', sive 'quando sine actu fit transitio ab una persona ad aliam' *Gl. n.* et *Gl. ap. Tharot. p. 233.* — 'Iacobique Maria', i. e. Iacobi Minoris mater. 'quiescunt' hic ad complendum metrum positum est 1390--1396 de partium orationis naturali ordinatione. cf. *Prisc. II 1641c-20.* — constructio incipit a vocativo, si est in oratione; tum sequitur nominativus, deinde verbum personale, quod primo loco poni debet, si nominativus et vocativus desunt. verbum sequuntur

verbum, quod primo statues, si cetera desint.
 tertius hinc casus et quartus saepe sequuntur,
 aut verbo subdes adverbia. subde secundum
 casum rectori. debet vox praepositiva 1395
 praeciungi quarto vel sexto, quem regit illa.
 infinitivum personae sive quibusdam
 des adiectivis, ut sunt habilis, piger, aptus;
 hanc olim puleram veteres dixere figuram.
 verbaque sunt: debet, iubet, audet, vultque potestque, 1400
 nititur et temptat, dignatur, scilique monetque,
 incipit et taedet, pudet et piget atque meretur,
 et properat, gaudet, delectat, paenitet, urget,
 et parat et discit, decet et licet et solet; adde
 quae praedicta notant et quae contraria signant. 1405
 addere multa potes quarto casu praecunte.
 quae iunges verbo, iunges et participant.
 si generi verbi sua significatio fiat
 consona, debetur ipsi constructio verbi;
 sed personale supponens rectus habebit. 1410

VARIA LECTIO.

1392 primo] primum *M* 1396 quarto praeciungi *SPMe* illa] ipsa
SA₃PM_e 1398 abilis *S* 1402 piget et pudet *SPMe* 1404 solet
 et licet *SPMe* 1407 iunges et] iungas et *e₁* 1408 fiet *SM_e* 1409 ipsi]
 illi *SA₁AM_e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

adverbia, tum dativus et accusativus. genetivus vel quilibet obliquus
 casus dictioni regenti postponendus est; item accusativus et ablativus
 praepositioni. cf. *Desaut.* 404

1397—1549 de impedimentis sive ordinatione artificiali
 1397—1405 infinitivus verbis finiti modi vv. 1400—1404 enumeratis et
 illis, quae eiusdem vel contrariae significationis sunt, atque etiam 'pulera
 figura' (*Prisc. II* 23510) quibusdam nominibus adiectivis postponitur.
 cf. *Prisc. II* 22921—23010 2277—12 23510—14 1406 multa alia verba se-
 quitur infinitivus accusativo praecedente, sc. in constructione accusativi
 cum infinitivo. cf. *Prisc. II* 27417—2750 1407—1410 omnes casus, qui
 verbis adiunguntur, etiam participiis addi possunt, si participium eius-
 dem significationis est, cuius generis est verbum, a quo descendit, excepto
 nominativo, qui non reddit suppositum, i. e. subiectum, nisi verbo perso-
 nali. cf. *Prisc. I* 5501—2 *II* 2236—16

aut ablativi praeceunt rectore soluti,
 aut postponuntur, sed vix interseris illos.
 appellans verbum substantivumque vel horum
 vim retinens rectum post se quandoque locabunt.
 est substantivi data significatio verbi 1415
 passivis, et saepe solet constructio tradi.
 quis, qualis, quantus, cuius, cuias, quotus et quot,
 missa relative, penitus praeponere debent
 obliquos verbo; praeiunges missa rogando.
 hanc sua iungendi retineant adverbia formam. 1420
 quis proprium nomen et quae substantia, quaerit.
 si proprium novi, debet substantia quaeri;
 qua nota proprio tantum de nomine quaero.
 communi per quis etiam de nomine quaeris:
 quis bonus est aratro? bos. quis natat aequare? piscis. 1425
 quaesitiva pares optant reddi sibi casus.
 cum, quia, dum, donec, quoniam similesque praebunt;
 namque relativi ius implicitum tenere.

VARIA LECTIO.

1414 rectum post se| post se rectum *SPMe* 1417 cuius cuius *S*
 1418 praeponere| premittere *S* 1425 natat aequare| natat in equore (*I*) *S*
 1428 namque| iamque *I*.

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1411 sq. exempla: 'magistro legente pueri proficiunt', 'civitas adornatur
 rupe adveniente', 'vix', i. e. raro: 'Petrus coadiuvantibus aliis apostolis
 traxit multitudinem piscium' *Gl. n.* 1413—1416 cf. adn. ad v. 1077 sq.
 exempla: 'sum clericus, vocor Petrus, incedo superbus, ordinar sacerdos,
 creor notarius' 1417 1428 obliqui casus nominum relativorum et
 interrogativorum, simul adverbia, quae ab iis derivantur, et conjunc-
 tiones verbis illis, a quibus reguntur, praeponi debent. cf. *Despaut. 405*
 1418 'missa relative', i. e. posita r.; cf. gallic. 'mis' 1425 exempla paucis
 mutatis petita sunt a *Prisc. II 2312* 'aratum': 'aratum corripit puenul-
 timam naturaliter; inde in Aurora (Petri Rigae) dicitur super Levitico:
 "nostrae carnis humani crucis hic aratro quasi sulcant." *Io. Ien.* eundem
 versum affert *Brer.* 'ego video hoc nomen etiam a Sidonio corripit in
 laudibus Narbonis: "diversas aratro vias eueurit". hunc secutus est
 Petrarca dicens: "nunc aratum antiquis insultet moenibus, omnes unus
 habet praedas hostis". utut est, opinor aratum tantum produci' *Despaut.*
 458 1426 'quaesitiva — casus': 'per quemcumque casum fit interrogatio,
 per eundem fieri debet responsio' *Gl. M.* 'quo casu quaeris, sic respondere
 iuberis' *Gl. n.*

cumque relativis de iure viam parat horum
 praecedens, decet obliquos quandoque praecire, 1430
 cum notat hoc rectus ac obliquus notat illud:
 isti subveniant sua mater vel pater eius.
 verbum multotiens substantivum petis extra.
 mobilis et fixi naturam nosse decebit:
 est adiectivum vocis vel significati. 1435
 solius est generis adiectivum, variatque
 cum numero casum, velut: hic venit una sororum;
 est inter fratres bonus aut de fratribus unus.
 cum diversorum verbum rectis numerorum
 interponatur, utrilibet assimilatur: 1440
 sermones summi patris est meditatio iusti.

VARIA LECTIO.

1429 parat *SPMe* 1431 cum notat| cum tenet *SP* notat illud|
 tenet illud *SMe* 1432 subueniant *superscr.* vel subuenient *L* sub-
 ueniunt *A1 A2 e2* subuenient *A3* subueniat *P* subueniet *SMe* mater
 sua *M* 1440 utrilibet| utrolibet *S* assimilatur| asimilatur *S* associat-
 ur *A3* equiparatur *PMe*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1429—1432 docet antecedens obliqui casus (in exemplo 'isti') no-
 minativo vel obliquo casui relativorum pronominalium (in ex. 'sua' vel
 'eius', quae ab antiquis grammaticis relativa nuncupabantur; cf. *Prisc. I*
 578²³ *II 216 14229* et adn. ad v. 355 sq.), quandoque praeiungi. alia
 exempla: 'Petri sui parentes minime recordantur'; 'benedicite domino
 omnes angeli eius'; 'patrem sequitur sua proles'; 'Petro libri sui detra-
 huntur' *Gl. n.* 'isti — pater eius': de tali reciprocorum abusu haec anno-
 tat *Despaut. 407*: 'in reciprocis multi erraverunt aut ipsis ex industria
 abusi sunt; in sacris plerumque non observatur debita reciprocatio, ut
 patet ex Valla in novum testamentum. locos quos ille notavit, hic subieci'
 (sequuntur plus triginta exempla ex *Vulg.* deprompta) 1433 verbum
 substantivum in oratione interdum subintelligitur, ut 'pax vobis' (impe-
 dimentum contra regulam: 'hinc personae locabis' v. 1391) 1434—1441 re-
 gulae congruitatis adiectivi cum substantivo; exceptiones. 'mobills
 et fixi', i. e. adiectivi et substantivi, quorum 'natura' est, ut con-
 veniant in genere et in numero et in casu: 'est adiectivum substan-
 tivo sociandum in simili genere, numero, casu similique' *Gl. n.* 'adiec-
 tivum vocis', ut 'omnis, nullus', et pronomina primitivae speciei, ut 'ille,
 iste'; 'adiectivum significati', ut 'magister, sartor'. 'solius est generis —
 casum' (v. 1430 sq.), i. e. adiectivum partitivum cum substantivo convenit in
 genere solo, non in numero vel in casu. 'cum diversorum — assimilatur'
 (v. 1439 sq.), i. e. verbum substantivum inter nominativos diversorum

quando relativum generum casus variorum
inter se claudunt, qui rem spectant ad eandem,
per genus hoc poterit utrilibet associari:
est pia stirps lessae, quem Christum credimus esse. 1445
sic adiectivum reperimus saepe locatum:
est coluber facta vel factus mystica virga.
ponere suprema duo non debes sine causa.
occurreretque tibi quandoque relatio simplex:
femina, quae clausit vitae portam, reseravit. 1450
ad partem vocis de iure relatio fiet;
extra saepe tamen quaeres, ad quod referatur:
rex est Carnoti, patriae quae praevalet omni.
saepe relativo conformari reperitur
praecedens, illi cum praesidet immediate: 1455
sermonem quem vos audistis, verus habetur.

VARIA LECTIO.

1444 associari] assimilari *Mei* assimulari *S* equiparari *e2* 1445 quem]
quam *Mei* 1449 simplex] talis *M* 1447 mystica *A2* mistica *cell. codd.*
1452 querat *S.A2 e2* queris *Mei* 1455 cum *superser.* vel cui *I.* cui *A3* dum *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

numerorum positum utrique nominativo conformari potest, ut patet in exemplo textus et in hoc *Ovidii* (*art. am. III 222*): 'vestes, quas geritis, sordida lana fuit'. (impedimentum contra naturam suppositi et appositi.)

1442—1486 de congruitate relativi 1442—1447 relativum inter duo substantiva diversorum generum, quae ad idem pertinent, positum cum utroque convenire potest in genere; eandem saepe reperitur constructio adiectivi sic positi. (impedimentum contra relativum et eius antecedens et contra naturam adiectivi et substantivi, sc., quando relativum et adiectivum conveniunt cum substantivo sequenti). 1449 sq. 'relatio simplex' sive 'impersonalis' (cf. v. 1403) est, in qua relativum et eius antecedens non supponunt pro eadem persona vel re, sed pro diversis, i. e., in qua antecedens refert unum appellativum et relativum aliud, sic in exemplo textus antecedens refert appellativum 'Mariani', et relativum 'Evam' 1451—1453 relativum, quamvis antecedens referre debent vocaliter expressum, tamen quandoque id refert subintellectum, ut in hoc nomine 'Carnoti' (quod hodie 'Chartres' appellatur) facile intelligitur civitas; haec enim comparatur hic ad alias civitates 1454—1456 antecedens, si immediate praeciungitur suo relativo, huic interdum conformatur in casu, ut 'urbem quam statuo, vestra est' *Very. Aen. I 573*; cf. *Prisc. II 187n*, et in exemplo textus o *Fulg. Ioan. XII 24* petito: sermonem quem audistis, non est meus, sed eius, qui misit me, patris.

usu communi tamen hoc non debet haberi.
 invenies iunctum possessivo genetivum,
 ut: mea defunctae da molliter ossa cubare.
 saepe relativum pro parte refertur ad ipsum, 1460
 ut: mea scripta legis, qui sum submotus ad Ilistrum.
 ponis ob id solum praecedens saepe, quod inde
 certa relatio fit: tua virga, Deus, baculusque,
 ipsa mihi vere praebent solatia vitae.
 ad verbum saepe vel ad adiectiva relatum 1465
 invenies: fugis aut piger es, mihi quod procul absit.
 pro sola voce supponit saepe relatum,
 quamvis praecedens supponat significando:
 dat Deus aureolam, quod nomen habetur ab auro.
 estque relativis praecedens materialis: 1470
 nomen equiria sit; nobis placet illa videre.
 saepe relativum permutat significatum:
 sunt Domini, quae nos fecere, manus crucifixae.

VARIA LECTIO.

1461 legas *M* summotus *A1Se* histrum *A2* hystrum *A1* ystrum
L.A2 istrum *SP* 1463 fit] sit *LP* dens] tuis *Me* 1464 mihi]
 modo *S* 1465 sepius ad verbum etc. *S* ad om. *A1 e* 1466 piger] puer *e*
 1468 supponit *SP* 1471 equiria *A1* equirria *cett. codd.* sit] fit *As* sic *S*
 1473 nos] uos *As*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1458—1461 adiectivum possessivum cum genetivo coniunctum invenitur; item relativum referri potest ad genetivum primum in possessivo intellectum. exempla auctor petivit ex *Ovidii amor. I 8, 108, c. Ponto epp. III 3, 91* 1462—1464 antecedens saepe absolute ponitur, ut relativum habeat locum in constructione. exemplum de promptu est e *Vulg. psall. XXII 5*: 'virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt'; ubi 'virga' est correctio et 'baculus' sustentatio, i. e. misericordia Dei 1467—1471 saepe relativum refert antecedens 'pro sola voce', i. e. materialiter, non significative et personaliter (exempl. v. 1469). e converso antecedens ponitur materialiter et relativum significative (ex. v. 1471). — 'equiria' Germ. 'Pferderehnen'; cf. *Ovid. fast. II 859* 1472 sq. in exemplo supra allato 'quae' stat pro divina potestate, cuius est creare, et antecedens 'manus' stat pro manibus carnalibus Christi' *GL.n.* (vv. 1467—1473 impedimenta contra regulas quasdam logicae)

et numerum mutat: hominem divina potestas
 plasmat, eosque marem factor creat et mulierem. 1475
 invenies positum sine praecedente relatam:
 ipsa petenda mihi! luno de paelice dixit.
 flens Magdalena quaerit, si sustulit illum.
 indefinite praecedens sive relatam
 saepe locas, nullum designans inde locatum: 1480
 cuncta timent hominem, quia praesidet ille creatis.
 et personalem permutat proprietatem,
 ut: Domino benedic, aqua, quae caelos super extat.
 sed non est nobis imitanda relatio talis.
 non das ad vocem quandoque relata, sed ad rem 1485
 nominis: est bona gens, Deus est protector eorum.

VARIA LECTIO.

1477 ipsa petenda mihi] est *add. S sane contra Alexandri ipsius
 praeceptum; vide r. 1633 sq. et cc. 2432-2434* 1480 locatum] uocatum
S.M.c. 1484 caelos super extat] celis superextat *P'ez celum superastas (!) M
 c. 1484 om. P* 1486 nominis] ponis ut *M*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1474 sq. 'et creavit Deus hominem ad imaginem et similitudinem
 suam; ad imaginem Dei creavit illum masculum et feminam creavit eos'
Vulg. genes. 1 27. 'quaeritur: quare dicit 'eos' in plurali numero et non in
 singulari? solutio: ad significandum quod Adam et Eva non sunt unum
 suppositum, quod tunc esset hermaphroditus' *Gl. n.* 1476--1478 'ipsa
 petenda mihi est; ipsam, si maxima luno rite vocor, perdam' etc. *Ovid.
 met. III 263 sq.* 'Maria Magdalena flens quaerit ab hortulano: domine,
 si tu sustulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eum' *Vulg. Ioan. XX 15*
 'Maria Magdalena non expressit antecedens, quia propter nimium amorem,
 quod sibi specialissime erat notum, credidit omnibus etiam esse notum;
 sed luno propter nimium odium sive indignationem, quod sibi specialis-
 sime erat notum, non expressit credens hoc omnibus esse notum' *Gl. n.*
 1479 1481 sententia est: 'relativum et antecedens eius saepe ponuntur
 indefinite, i. e. pro natura universali seu communi, et non pro aliquo
 determinato supposito' *Gl. n.* (impedimentum contra regulam logicam.)
 'ratio, qua potest fieri, est, quod relativum et eius antecedens habent con-
 venientiam in genere et in numero, et hoc sufficit grammatico, non autem
 logico' *Gl. n.* 1482 sq. relativum et eius antecedens interdum disconveniunt
 in persona, ut in exemplo (c *Vulg. Dan. III 60* petito) 'aqua' est se-
 cundae personae et illud relativum 'quae' tertiae personae. 1485--1491 rela-
 tivum quandoque refertur ad antecedentis significatum, non ad vocem;
 adiectivum eodem modo constructum occurrit. -- exemplum v. 1486 po-
 situm reperies apud psalmistam, qui in *Vulg. psalt. CXIII* exclamat:

adiectiva modo poni reperimus eodem:
 pars hominum validi turres et moenia scandunt.
 sunt adiectivi plurales distribuenti;
 huic etiam verbum reperis plurale locatum: 1490
 utraque formosae me iudice sunt venerandae.
 sed non est nobis constructio congrua talis.
 impersonalis fit demonstratio saepe;
 sal monstrans dicis: te misit aquis Eliseus.
 aequivalens geminis harum si iungitur uni 1495
 dictio, pro reliqua tantummodo debet haberi.
 sic visu caecum visu die esse carentem.
 quando negativum verbo constructio iungit
 obliquum, per non exponere convenit illum,
 aut simul exponi debet constructio tota. 1500

VARIA LECTIO.

1490 huic] hinc *c* 1492 nobis *etc.* talis] talis *etc.* nobis *Me*
 1494 dicis] dicit *L* *S* *A*3 elyseus *L* heliseus *A*3

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

'domus Israel speravit in Domino; adiutor eorum et protector eorum est'. alterum exemplum (v. 1488) intellegendum est de Graecis moenia Trojanorum ascendentibus, tertium (v. 1491) de Paridis iudicio inter Iunonem et Palladem facto. 1493 sq. impersonalis demonstratio dicitur, 'in qua unum significatur et simile illi in specie demonstratur' *Gl. n.* cf. adn. ad v. 1449 sq. — exemplum petiit ex benedictione salis, in qua sacerdos dicens: 'Dens, qui te per Eliseum prophetam in aquam mitti iussit' etc., immere vult, 'quod eadem virtus operetur in sale, quod modo mittit in aquas, quae erat in illo, quod Eliseus misit in aquas' *Gl. n.* 1495—1497 sententia est: 'si dictio aequivalens duobus dictionibus in significatione iungatur uni illarum dictionum, tunc debet stare pro reliqua, ut 'caecus' aequivalet istis dictionibus 'caecus visu', etsi addatur uni illarum, stat solum pro significatione alterius, ut 'caecus visu'; ibi 'caecus' valet tantum sicut carent' *Gl. n.* v. 1495. 1496 repetit *Despaut.* 393 regulam Alexandri Theopagitae utilissimam declarans 1498—1500 sententia est: 'quando obliquus casus negativus construitur cum verbo a parte post, tunc debet resolvi in obliquum affirmativum et in hoc adverbium negandi 'non', aut tota oratio debet resolvi, ita ut obliquus mutetur in nominativum et verbum activum in verbum passivum' *Gl. n.* ex.: 'nullum hominem video', i. e. 'non video illum hominem, aut nullus homo videtur a me', *Gl. M.* 'auctor ponit istum modum construendi propter duas regulas sibi invicem repugnantes, quarum una est grammaticalis, altera logicalis: grammaticalis est, quod obliquus a parte post rectus etiam debet, a parte post constitui; logicalis est, quod negatio

fiet asymbasma sine recto clausula plena:
 me taedet vitii; placet illi iura tueri.
 quaestio fit, si fiat in his constructio duplex:
 huic placet esse probo; nobis placet esse peritos.
 iungere consimiles debet coniunctio casus; 1505
 quam, nisi, praeterquam similem retinent sibi formam.
 actum sive pati signare gerundia possunt
 atque supina; per hoc datur his constructio duplex,
 si tamen a verbis veniant signantibus actum:
 haec delectatur in spectando quasi pulchra. 1510
 deque gerundivis, quae sum gerit, esse videtur
 quaestio, si triplex illis constructio detur:
 presbyter essendi causa vis, clerice, radi;
 militis essendi causa precor arma parari;
 essendi rogem causa me posco iuvare. 1515

VARIA LECTIO.

1501 asymbasma sive asymbasma *omn. codd.* 1502 illi] isti *P* iura] regna *S* 1506 similem retinent] retinent similem *et* talem retinent *Sez* 1507 possunt] dicis *P* dicas *L* 1508 per hec *Sē* his] hic *S* 1510 pulchra *SAa* pulchra *cett. codd.* 1513 presbyter *vel* prespiter *codd.*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

negans debet poni ante verbum; et propter concordiam istarum regularum debet obliquus resolvi, ut negatio praecedat verbum et obliquus sequatur, ut utrique satisfiat *Gl. n.*

1501—1504 de constructione verborum impersonalium. — 'asymbasma': dicitur ab *a*, quod est sine, et *sin*, quod est con, et basis, quasi sine fundamento'. *Gl. M Gl. n.* cf. *Despaut.* 405. 'quando ex duobus obliquis constructio fit, ἀσύνταγμα, id est incongruitatem, dicebant (stoici), ut: placet mihi venire ad te' *Prisc. II 211² sq.* 'nobis placet esse peritos': quaeritur, utrum ista oratio sit congrua? solutio; non est simplex congrua, sed admittitur propter facilem subintellectionem alienius accensativi, ut sit sensus: placet nobis vos (immo nos) esse peritos, sicut etiam habetur Iohannis primo: "dedit eis potestatem filios Dei fieri" *Gl. n.* 1507—1518 de constructione verborum gerundiorum et supinorum. cf. *Prisc. I 411²—412¹ 413¹—414 426¹—427 235⁷—236 278¹—279*. — si a verbis derivantur activis, duplex illis significatio, sc. activa et passiva, ideoque duplex constructio est. exempla: 'quis talia fando — temperet a lacrimis' *Verg. Aen. II 6* 'frigidus in pratis cantando rumpitur anguis' *Verg. ecl. VII 71* 'fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures Belidae nomen' *Verg. Aen. II 81*. — 'deque gerundivis, quae sum gerit' etc. (v. 1511—1515) legitur apud

infinitivo primum distingue supinum
 atque gerundivis primis suprema supina,
 si iungam verbo, per quod motum tibi signo.
 fiet de voce sermo quandoque per ipsam;
 materialiter hanc ibi dices esse tenendam; 1520
 casus per voces confundis materiales.
 vox, cuius pars est apponens praepositiva

VARIA LECTIO.

1519 ipsam] illam *e* 1520 ibi dices] tibi dices *As ez* dices ibi *ei*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

Augustinum K. V 494² sq. 'docti quidam temporis recentioris, cum haberent necessitatem, magna et divina quaedam interpretandi explicandique, et essendi et essendo et essendum et essens dixerunt'. et *Despauterius 375* dicit: 'essendi, do, dum Valla barbara esse dicit; Cicero tamen essendi dixit, nisi Gellius mendosus sit libro XVIII. 7, ubi de hoc nomine contio agit, dicit Tullium dixisse in oratione contra contionem Q. Metelli: "essendi in contione concursus est populi factus". sensus est: concursus populi essendi in contione factus est, i. e., ut esset in contione'. — 'quaestio si triplex illis constructio detur': 'ideo non solvitur ab auctore, quod de istis quaestionibus sunt variae opiniones; sed secundum Senecam in dubiis non est diffiniendum, sed suspensivam tenere sententiam' *Gl. n.*

1516 'infinitivo primum distingue supinum' etc.: 'primum supinum eo differt ab infinitivo, quod construitur cum verbo importante motum ad locum, ut "vado lectum", sed non infinitivus; ultimum supinum autem differt a primo gerundio, i. e. in *i* terminato, quod ultimum supinum construitur cum verbo importante motum de loco, ut "venio lectum", i. e. de loco in quo legi, non autem tale gerundium' *Gl. n.* porro de eiusmodi constructione supini in *u* terminati in *Gl. n.* haec adduntur: 'quavis secundum communem opinionem grammaticorum congrue construat cum verbo importante motum de loco, tamen magis ornate construitur cum nominibus adiectivis secundum intentionem oratorum et poetarum. omnis enim nostra latinitas sumitur a primis grammaticis, praecipue a poetis; sed in illa poetica scientia non reperitur ultimum supinum constructum cum verbo importante motum de loco, sed semper cum nominibus adiectivis, ut ponit Virgilius et alii, ut "iucundum audita"; ibi auditu est nomen substantivum ablativi casus.' cf. etiam *Prisc. II 454¹—455 1519—1521* 'dictio materialiter posita pro sola voce et non pro re est indeclinabilis per omnes casus, ut: homo dictio dissyllaba' *Gl. n.* 1522—1530 de constructione praepositionum. — 'de post fetantes': 'et elegit Daniel servum suum et sustulit eum de gregibus ovium, de post fetantes accepit eum' *Valg. psalt. LXXVII 70*. de tali diversarum praepositionum coniunctione legimus in *Quaest. gramm. cod. Bern. K. Suppl. CIV*: 'licet Donatus dicat: separatae praepositiones separatis praeposi-

una potest alii sociari praepositivae:
 de post fetantes; de sub pede; de prope fontes.
 in, sub, -ter vel -tus dant quartum, dum sociamus 1525
 verbo signanti motum vel participant;
 de motu dici credas tamen exteriori.
 si non designo tibi motum, construe sexto.
 in campo curro, si sis, bene dicis, in illo;
 si sis exterius, in campum sit tibi cursus. 1530
 iungere non poterit coniunctio mobile fixo;
 iungit diversa coniunctio significata.

VARIA LECTIO.

1524 fontes| montes *e* 1528 motum tibi *S* 1529 si| cum (con)
L 12 si sis bene| bene si sis *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

tionibus non cohaerent (*Donat. K. 391a*), divina tamen Scriptura post-
 ponens talia plerumque praepositionem iungit, ut est illud:
 'aut certe de super terram eripias me' et 'de sub cuius pede', similiter
 'de post fetantes'. nonnulla alia exempla hic afferam: 'et disperdam
 qui avertuntur de post tergum Domini' *Valg. Sophon. I 6* 'deleam
 nomen eius de sub coelo' *Deut. IX 14* 'secutae sunt eum turbae multae
 de Galilea et de trans Iordanem' *Matth. II 25* 'et exsurgens Esdras
 ab ante atrium templi' etc. *Esdr. II 9, 14* hic modus construendi a
 glossatoribus vulgo per subintellectionem accusativi vel ablativi loci vel
 temporis explicatur, ut 'vado ad prope scholas', i. e. ad locum prope
 scholas, 'levavi hoc de sub pedibus', i. e. de loco sub pedibus, 'Ioannes
 studuit Coloniae de post pascha usque nunc', i. e. de tempore post pascha.
 ceterum ex tali praepositionum coniunctione, quam quidem passim iam
 apud antiquiores scriptores invenies, (ut 'de sub' apud *Senecam, contr. I 3*,
II, ap. Veget. art. vet. II 19, 2; cf. *Neue II 787*) linguarum, quae a latina
 originem ducunt, haud paucas praepositiones ortas esse animadvertendum
 est: sic 'depuis' ex 'de post', 'dessous' ex 'de sub', 'dessus' ex 'de supra',
 'avant', ital. 'avanti' ex 'ab ante', 'd'entre', ital. 'dentro' ex 'de inter, intra',
 'd'outre' [-mer] ex 'de ultra' [-mare]

1525--1530 de utriusque casus praepositionibus vide: *Donat. 390a*
391a, Prisc. II 5314--551a. — 'subtus nunquam dicimus' *Cledon. K. V 266*.
 contra: 'subtus est, quod demissum altius non contingitur' (tangitur)
Agrae. K. VII 12322 Beda l. c. 290a Albin. l. c. 310a 'subtus non exigit
 casum' *Io. Ian.* — 'si non designo tibi motum' (v. 1528), sc. exteriorem, i. e.
 'qui inchoatur ab uno loco et terminatur in alio' *Gl. n.* 1531 sq. con-
 iunctio 'mobile', i. e. adiectivum, non potest coniungere 'fixo', i. e. sub-
 stantivo, quia coniunctio diversa significata copulat

quaeris, si liceat voces coniungere binas
 per vel sive per et solam vel non mediante,
 cum voces fuerint tales, quod significatio 1535
 unius alterius comprehendis significatum.
 recte dicetur: homo grammaticus similesque.
 et parti iunctum debes restringere totum;
 id solum praesta, quod pars non denotat illa.
 inde potest quaeri, si possit idem sibi iungi, 1540
 aut si iungatur quod adesse nequit vel abesse.
 si iungas recte, facies quam participare:
 concesso, quod tu melior sis quam Plato, recte
 concludes: ergo Plato participat bonitate.
 deque relativis logicae sit regula talis: 1545
 quando relatio fit extrinseca, debet eidem
 dictio subiungi, quae rem determinat eius;
 cumque relatio fit intrinseca, nil petit addi
 plurali numero: similes sunt, quos ego cerno.

VARIA LECTIO

1535 tales fuerint *P* 1539 illa| ista *e* 1542 facias *S* 1543 con-
 cedo *e* 1544 concludas *A* 12 concludens (!) *A* 1 v. 1543. 1544 om. *S*
 post v. 1544 est alius quam tu vir tullius ergo vir es tu add. *P* 1545 sit|
 fit *S* 143 *P* 1547 determinet *P* 1548 petit| deceat *P* 1549 ego *L*
 ibi cett. codd. et et tibi *e* 2

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1533--1539 cum duae voces ita se habent, ut significatio unius com-
 prehendatur sub significatione alterius, ut 'homo' et 'grammaticus', 'animal'
 et 'homo', sine coniunctione ligantur; si coniunctio copulativa vel disiunctiva
 interponitur, 'totum' sive magis commune restringitur et 'id solum' amplecti-
 tur, quod 'pars' sive minus commune non significat, ut si 'homo' forte ponatur
 pro 'rustico' et 'grammaticus' pro 'docto' 1540 sq. quaeritur licetne con-
 iunctionem poni inter dictiones idem significantes, ut sunt 'Marcus Tullius',
 vel inter dictiones, quarum una non potest alteri adesse, ut 'homo' et
 'asinus', aut abesse, ut 'homo' et 'risibile'; de quibus questionibus glossa-
 tores multa verba faciunt 1542--1544 coniunctio 'quam' subiecta mittere
 debet, quae in proprietate aliqua conveniunt 1545--1549 de relatione
 logica. quando relatio 'extrinseca' fit, relativo correlativum, quod ipsum
 specificat, addi debet, ut 'isto est similis illi' vel 'illis', pluraliter 'isti sunt
 similes illi' vel 'illis'; sed cum relatio fit 'intrinseca', et relativum et cor-
 relativum includuntur in una dictione pluralis numeri, ut 'similes sunt,
 quos ego cerno', i. e. isto est similis illi.



(PARS III)

[Capitulum X]

Pandere proposui per versus syllaba quaeque
quanta sit, et pauca proponam congrua metris.

quae doctrina licet non sit penitus generalis,
proderit ipsa tamen pueris; si lectio detur,
per se multa scient, et doctor paco fruatur.
multotiens aliquas, quas dat tibi regula longas
sive breves, metri gravitas cogit variari.

Graccaque nunc nostro, nunc more suo variantur.
ad placitum poni propriorum multa notavi.
cum sim Christicola, normam non est mihi cura
de propriis facere, quae gentiles posuere.

Distinxere pedes antiqua poemata plures.
sex partita modis satis est divisio nobis:
dactylus et spondeus, exinde trocheus, anapestus,
iambus cum tribracho possunt praecedere metro.
dactylus ex longa brevibusque duabus habetur.

dicitur ex longis spondeus constare duabus.
syllaba bina, trocheu, constat tibi, longa brevisque.
productam brevibus subdes, anapeste, duabus.
terna brevis tribracho, iambo brevis insita longae.
syllaba, quae brevis est, unum tempus tenet, in quo
profertur; longae spatium debes geminare.

sic cuiusque pedis quot tempora sint, numerabis.
versibus hexametris semper debet pede poni
dactylus in quinto; sextum nunquam retinebit.
in pedibus primis hunc spondeumve locabis.

VARIA LECTIO.

1556 cogit gravitas *Me* 1558 multa | plura *M* 1563 dactylus *L*
sic etiam *all. ll.* dactylus *rett. codd.* et | *om. S e* 1564 tribracho *codd.*
praecedere | succedere *M* 1567 tibi constat *e* syllaba bina datur trocheo (!)
tibi *etc. P* 1571 spatium debes geminare | debes spacium *g. A1 As Me* duo
tempora dicimus esse *P* 1572 sint | sunt *S M* 1573 exametris *codd.*
1574 nunquam sextum *Pe*

omnes spondeo donare potes nisi quintum.
sedes nulla datur praeterquam sexta trocheo,
quarta pentametri quintave locas anapestum,
pentametri tribracho sedes patet ultima tantum.
iambo vel nulla, vel tantum tertia detur.
forte sibi sedem tribrachus dare posset eandem,
et proceleumaticum posuit quandoque vetustas,
hunc nullus ponit; brevibus sonat ille quaternis.

Quinae vocales sunt: a prior eque secunda,
i succedit eis, o quarta sit uque suprema.
omnis praeter eas tibi litera consona fiet.
mutae sunt b c d vel f vel g k p q t.
sunt l et r vere liquidae, quia saepe liquescunt;
m simul uque vel s liquidas quandoque locamus.
s nunquam, sed n mque prius, nunc neutra liquescit.
consona bina per i die saepe per uque notari;
hoc quando fuerit, vocum sonus ipse docebit.
vocali praeciungitur u non consona vimque
perdit, et hoc suavis, queror aut aqua, lingua probabit.
nam diphthongus ab u nostro non inchoat usu.
mosque modernus habet quandoque, quod s praecunte
syllaba dividitur; tunc u vocalis habetur.
versificatores h pro nulla reputabunt.
dum teneant iotam vocales undique clausam,
consona iota duplex, duplices x zetaque fiunt.
simplicia tamen zeta reperitur, ut est perizoma;

VARIA LECTIO.

1577 datur | patet *As* 1581 possit *e* 1583 hunc | nunc *P As e*
1586 consona litera *S* fiat *L* 1587 vel f vel g k | uel f g uel k *M* mute
sunt novem h c d f g k p q t *Pe* 1588 liquide uere *L* 1589 locamus |
vocamus *S e* post v. 1590 te sonus erudiet j uel v dum (cum *S*) con-
sona fiet *add. P*, post r. 1592 *add. S* 1594 probant *Me* 1595 dypton-
gus *S* diptongus *rett. codd.* r. 1595 post r. 1597 colloc. *Me* 1600 fient
SP 1601 simplicia tamen zeta | simplex zeta tamen *m. rec. corr. S*, habent
Me est *om. e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1591 sq. cf. *Prisc. I* 1311-1421 1598 *Prisc. I* 1220-1310 3524-3610

iotaque composita simplex est saepe reperta.
dictio vocali finita vel m, sibi subdi
versu vocalem nunquam permittit eodem.
syllaba, quae binas vocales vim retinentes 1605
continet, est longa diphthongo: sic probat aura.
quando vocalem duo consona iuncta sequuntur
aut unum duplex, producit eam positura.
sed cum finitur vocali dictio curta,
consona, quae subeunt, non hanc producere possunt. 1610
si faciat curta vocali syllaba finem
mutaque cum liquida vocem subeant in eandem,
ex vi naturae propria licet hanc brevare,
et propter mutam liquidamque potes dare longam.
e, de, prae vel se componens non breviabis, 1615
sed vocalis eas poterit brevare sequela.
reicio, refert-distat dant re tibi longam;
corripies aliis, nisi duplex consona subsit.
bis, bi breves dantur, nisi consona bina sequatur.
in derivatis sua quae sit origo, notetis, 1620
qua fiat parte descensus apertior inde,
ut moveo, motum, motabile, sive movendum,
et quae vocalis in origine quantaque mansit.
nam derivatum tantum servare decebit,
subdita vocali si consona non moveatur. 1625
vocallem saepe nova consona dat variare:

VARIA LECTIO.

1606 ditongo *L* diptongo vel dyptongo *cett. codd.* 1607 secuntur
P A2 I3 aura|aula *e* *rr.* 1609. 1610 *om. L* 1611 faciet *e* 1612 sub-
eunt *e* 1613 propriae *e1* brevare|variare *e* 1614 liquidamque *SPMe*
1617 re dant *A3* 1618 corripias *P* 1619 sequuntur *A1 A2 e* 1620 deri-
vatiuis (!) *Me* 1621 fiet *SP A3 e* 1622 movendus *M* 1624 nam-
que (!) *e* *r.* 1626 *post e.* 1628 *colloc. P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1603 sq. elisio et cethipsis, quae vocantur, ab auctore Doctrinalis
severe interdiciuntur; cf. v. 2432 sqq. iam *Isidorus etym. II 19* praescribit:
'fugienda est et consonans in illis vocalibus', contra haec *Despaut. 427*
1616 exempli: 'nec tota tamen ille prior praeeunte extrima' *Verg. Aen. V 186*

mobilis ex moveo datur et mutatur ab illo.
excipienda suae ponentur in ordine normae.
hoc de compositis teneas, quod sit tibi tanta
vocalis, quantam servabit dictio simplex. 1630
si mutes etiam vocalem, norma tenebit,
consona dum maneat in simplice subdita voce.
excipienda locis, quibus est opus, excipiemus.
omnia praeterita pones disyllaba longa.
quae breviant geminae vocales demo, bibitque 1635
et dedit atque fidit, seidit et stetit et tulit, haec sex.
praeteritum geminans primam facit hanc breviam,
estque secunda brevis; tamen unum caedoque demis.
praeteritis plusquamperfectis atque futuris
coniunctivorum lex servit praeteritorum. 1640
haec in passivo sunt tempora iuncta supino;
normam praesentis per cetera tempora ducis.
participans socia praesens in dusque futura.
debent consimilem servare gerundia legem.
longa supina dabis disyllaba; sed breviabis 1645
qui. si. ci. sa. li. i. da. ru. sta. ra.; deque supinis
orta sequuntur ea, sit staturus tamen extra,
nec patrem sequitur ambitus, si moveatur.
quod sit in us vel in o, vel in or verbale vel in rix,

VARIA LECTIO.

vv. 1627. 1628 *inverso ordine exhibet M* 1628 ponantur *M*
v. 1628 *om. S* 1629 haec *e* 1630 quanta (!) *e* 1632 dum| si *e*
1633 excipiemus| excipiantur *SPM* excipientur *e* excipiendis *A2*
1634 dissyllaba *codd.* 1636 stetit et tulit| tulit et stetit *e* *post*
v. 1638 atque pedo (!) *add. e* 1640 servit lex *SPe* 1642 ducis|
ducis *PMe2* dices *e1* 1645 disyllaba *A1* dissyllaba *cett. codd.* 1646 si.
ci| ei si *P A2 S* sta. ra| ra sta. *SPM* 1647 staturus sit *M* 1649 rix|
trix *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1635 sq. excipiuntur ea praeterita disyllaba, quae vocalem ante
vocallem habent, ut 'lui plui', et illa sex praeterita in textu posita
1638 'ammi', sc. praet. 'pepedi' 1646 'qui-tum si-tum ci-tum sa-tum
i-tum da-tum ru-tum sta-tum ra-tum' 1647 'staturus' *Prisc. I 1251*
1648 'patrem', i. e. verbum primitivum, 'si moveatur', i. e. si adiectivum est

participans quoque praeteritum per rusque futurum 1650
ad normam debent se conformare supini.
vi tum dante praet vocalis non breviata;
qui. si. ei. sa. li. i. cog. ag. demis et inde croata.
qui rectos superant, obliquos crescere dicēs.
a pluralis et e clementum protrahit o que; 1655
i vel u clemento brevare iubemus eodem:
sunt testes quorum, quarum, rerum manibusque
et veribus, rebus, dominabus sive duobus.
verbum, personam quod habet superare secundam
primi praesentis, crescens hac arte notabis. 1660
debet ad activi praesens haec norma referri,
et si non habeat, activum fingere debes.
a crescens verbum producere debet ubique.
ex do fit a brevis cum primae compositivis.
e, nisi cum subit r, debes producere semper; 1665
cum subit r, curtam dant plurima, plurima longam.
in sum sive fero clementa velinque notato,
ac edo discutias modo longans et modo curtans.
omne lego praesens breviat quartique secunda.

VARIA LECTIO.

1650 participis ei 1651 se conformare] sic conformare *P* secum
formare (!) *e* 1653 qui. si ei sa li i demantur et inde croata ei 1654 rectos]
rectum *S* dicēs] dicās *e* 1657 quarum quorum *SAs* quorum rerum
quarum *P* manibus *M* 1660 notabis] locabis *M* 1661 ad] in *M*
1664 fit brevis a .*APMe* 1668 ac in edo *omissis* *is* quae seq. *M* ac-
cedo (!) *omissis* *reliquis* *e* discuties modo longans *P* discutias modo
longas et modo curtas *S* 1669 secunda] secundum *e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1653 'cog-nitum ag-nitum'; derivata: 'inquitum desitum concitum insi-
tum' etc. 1655—1681 de clementis, quae dicebantur (cf. *Despaut* 167),
in nominibus et in verbis 1663 'ubique', i. e. in omni coniugatione,
ut 'amamus doceamus legamus audiamus' 1665 ut 'amemus docemus
legemus audiemus' 1666 'curtam', ut 'legerem amavero'; 'longam', ut
'ameris' vel 'amere', 'docerem' cf. quae sequuntur 1669 'omne lego',
i. e. 'omne verbum tertiae coniugationis breviat praesens tempus, in quo
habetur e super r, ut in optativo modo: utinam legerem; et breviat "se-
cunda" tempora "quarti", i. e. coniunctivi modi, sc. praeteritum imperfec-
tum: cum legerem' etc. *Gl. n.*

longum passivo reris vel rere notato. 1670
plusquamperfectum per quamlibet est brevandum.
in coniunctivo duo tempora curta notato.
curta fit in prima beris et bere sive secunda.
e verbum crescens alibi producit ubique.
i tibi producit quartae crescentia prima. 1675
omni praeterito reperimus imus brevando,
inque velim producit clementa priora vel in sim.
i brevias aliis, si non u consona subsit.
o verbum crescens producit et u breviabit.
has per clementa normas disyllaba serva; 1680
sed tamen has omnes dic ad medias speciales.
compositum partis retinens i fine prioris
hanc breviat mediis, sicut tubicen; sed ibidem
excipies, iungetur ei tibicen, ubique.
ex di compositum producit; sed deme disertus, 1685
et, quae componis ex Graeco, curta locabis.
vocalis brevis est alia subeunte; sed inde
demi plura queunt, ut dius diaque, dium,
et fio, cum sit disyllaba vox, breviatque
cum polysyllaba fit: fiet probat hoc fieretque. 1690

VARIA LECTIO.

1670 longam *e* passivo longa reris vel rere notatur *P* 1671 bre-
vium *S* *vv* 1671. 1672 *inverso ordine* in *A1 A2* 1673 fit] sit *P*
et] vel *SPe* sive *om. SPe* 1676 reperitur *SA* imus] in us (!) *e*
1678 brevis *e1* subsit] subdit *e1* 1679 crescens verbum *PA3 Me*
1680 dissyllaba *codl.* 1681 omnes] normas *e* *post v.* 1681 crescere
vocalem dic quo petit additionem *add. P* 1683 breviat mediis] mediis
brevia (!) *P* brevias (!) mediis *e* 1684 iungitur *M* 1685 disertum *Pe*
1686 compones *M* locabis] notabis *P* 1688 queunt] volunt *M*
1689 brevinaque *M* 1690 polisyllaba *codl.* fit] sit *PA3 Me*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1672 'duo tempora', i. e. praeteritum perfectum et futurum coniunc-
tivi (cf. *Prisc. I* 41625—28 *Serv. in Donat.* 41134—38), ut 'amaverim' et
'amavero' 1674 ut 'ameris doceris legeris audieris' etc. 1675 'cre-
scentia prima' sive 'clementa priora', ut audimus audistis', ad differentiam
clementorum secundorum, ut 'audivimus', in quibus ubique i brevis
reperitur, 'si non u consona subsit' (v. 1678), ut 'amavistis audivistis' etc.
1679 'amatote, volumus possumus'

e super i longam dat declinatio quinta,
 quando vocalis praecit o; sed eam breviabis,
 consona si praeciat: die ergo rei, speciei.
 Graecaeque iungantur, quae longa frequenter habentur.
 i super a propriis raro breviatur Hebraeis.
 ut tua motra petunt, dabitur genetivus in ius;
 corripis alterius, semper producis alius.
 tenditur Eous, aer, platea, chorea.
 vocalem mediae breviant, si muta sequatur
 cum liquida; tamen hanc productam pone brevemque.
 longa sit adiutrix, Octobris, nomen in atrix.
 cum chiragra podagram quidam breviant, alii non.

1695

1700

Ante b corripis a, sicut scabo sive scabellum
 et stabilis, stabulum, dabo vel labo sive flabellum

VARIA LECTIO.

1693 rei] spoi M 1694 iungentur M 1695 ebreis A1 hebreis cell.
 codd. 1697 producis semper S 1698 corea platea S 1699 breviant
 medie M 1701 sit] fit Se 1702 cyragra vel chiragra codd. 1703 corripis a]
 fit brevis a e scabellum] scabella SPM

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1694 auctor dicere vult in dictionibus Graecis vocalem ante vocalem
 frequenter productam inveniri, ut 'Medā' 1698 'platā' cf. v. 1763
 1702 'chirāgra podāgra': 'nodosa corpus nolis prohibere chiragra' Horat.
 epist. I 1, 31 cf. id. sat. II 7, 15 Pers. I 58 'podagra chiragraque secatur'
 Mart. IX 92, 9 cf. id. I 98 'podagra, chiragra communem habent' Bebel. —
 hic non praetermittendum arbitror in omnibus illis locis pro scriptura 'chira-
 gra', quam priores editiones exhibent, a nostrae aetatis editoribus fore
 omnibus scripturam 'cheragra' receptam esse, scilicet, ut brevis efficeretur
 prima syllaba. num illi suo iure id fecerint, viri harum rerum peritiores
 diiudicent. equidem, ut de Doctrinalis codicibus atque medii aevi glossa-
 riis omnino taceam, hoc unum vel maxime memoratu dignum existimo
 Aconem grammaticum in illo Horatii loco, sat. II 7, 15, evidenter legisse
 'chiragra', non 'cheragra'. vide Aconis et Porphyrii comm. in Horat. ed.
 Haethal, vol. II 326 1703 'scabellum' a Thuroto 434 falso enume-
 ratum inter dictiones ab usu Latino alienas. cf. Georges. 1704 'flabellum':
 'illud unde muscas abigimus' Osb. Pan. 240 'muscarium, sc. cum quo
 muscas abigimus' Hug., lo. Jan. cf. Gl. n., Du Cange. de prima huius voca-
 buli syllaba correpta haec exempla avert Despuauterius: 'Ovid. in III. amo-
 rum: "quod faciunt nostra mota flabella manu". idem in I. de arte: "pro-
 fuit et tenui ventos movisse flabello"', quos quidem versus investigare
 examinareque mihi non licuit. ceterum cf. Lachmann. Lucr. II 394

et labor; hinc demas labi vel fabula, flabam, 1705
 scabidus et tabes et stabam, pabula, labes
 et fabor, strabo nabamque simul sociabo;
 fabellam varies.

a c brevis: probat hoc acer arbor, acerbus, acesco.
 cum b praestit vel p, produc; sed demo paciscor 1710
 et placet et baculus, spatium, brachos; estque morandus
 hic acer, Thracus, iacundus, machina, Dacus,
 graculus addatur; sed iacanthus variatur.

a d corripies: tibi sint gradus et vada testes.
 excipitur radix et clades, suadeo, spadix, 1715
 trado, traduco, Gradivus radoque, vado
 et Gades.

VARIA LECTIO.

1705 demam *Pe* 1707 fabar *PM* strabo] staho *e* 1708 potius
 producere temptes *add. Io. Garl. (Ar)* potius producere debes *m. rec.*
add. S. habet e fabula nostra monet *add. A2* 1709 acerbus
 acesco] accetus accessio *e* 1710 vel] aut *e* sed demo] breuiusque *P*
 1711 brachos estque morandus] bracosque (!) morandus *AsI.P.M* bracos
 est breuiandum *e* 1712 Thracus *etc.* Dacus] dacus *etc.* tracus *M. vv.* 1712.
 1713 *inverso ordine in e* 1713 iacintus *sive* iacinctus *omn. codd. et e*
 1716 vadoque rado *e* 1717 et grates (!) *e2* addes gadiitina (?)
 ponere debes *add. Io. Garl. (Ar)* hoc nomen per plurale tenebis (!)
add. e v. 1717 om. M

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1707 'strābo': 'Iuscus et strabos, qui torta luce fruuntur' *Aldhelm.* ap.
Dr. Cange s. v. 'strabus'. 'hic Strabo velut ex alto speculator Olympo'
Bapt. Mantuan. sec. Desput. 477 'a sterno dicitur hic strabo nis, qui
 oculos habet obliquos' *Io. Ian.* ex hac falsa etymologia prima vocis syllaba
 contra antiquorum usum producta est 1708 'fābella': auctorem puto
 innuere voluisse primam huius dictionis syllabam corripi, in quantum
 est diminutivum a 'fabā' (cf. *Plant. Stich. V 4, 8*), product, si dimin-
 utivum est a 'fabula' 1711 'brāthos' graece, i. e. breve latine'
Io. Ian., Brev. cf. Graec. VIII 35. = βράχος βραχύς. voculam affert etiam
Sulpit. 1712 'hic acer', i. e. nomen adiectivum, non substantivum; cf.
v. 1709 1713 'grāculus' = κοραχίας κοροϊός, Dohle: 'sed quandum volo
 nocte nigriorem, formica, pice, graculo, cicada' *Mart. I 115, 4 sq.* quare
 falso in *Georges. Lex.* prima syllaba corripitur. cf. etiam *Desput.* 479. —
 'iacanthus': flos est iacanthus, lapis est iacanthus homoque' *Io. Ian., Gl. n.*
 'est limbo iacintus, flos, insula, gemma iacintus' *Gl. M. cf. v. 657*

est super f brevis a; sit saphirus tamen extra.
 a g brevis: probat ecce sagax; strages retrahatur,
 vagio, vagina, magalia, stragula, saga; 1720
 lagana producit Petrus; indago sociatur.
 si p vel f praesit, produc; sed deme flagellum,
 additur huic fragor et fragilis, plaga = rete vel ora.
 a super l tardant disyllaba; sed calo verbum
 ac alit atque malum, quod mobile, demo palamque 1725
 atque phalam, sit deinde Pales his imeta phalumque
 atque salum = mare.
 haec, quibus est crescens genetivus, corrippe, sicut

VARIA LECTIO.

1718 est super f brevis a | a super f brevis M saphirus vel saphirus *omn.*
codl. et e tamen | lapis S.A3 P.Me 1721 producit | produxit S.A2 A3 P
 1722 flagella e 1725 deme P.A2.A3 1726 phalumque | palumque M
 phalernum P 1727 mare | *superscr. M, om. et brevis* quod nasci de
 sale diceas *add. Io. Garl. (Ar)* post 1727 his quo nascuntur pariter
 quoque corripuntur *add. e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1718 'saphirus', cf. vv. 1743. 2106 sq. 1720 'māgalia', vox l'unica,
 viles domus Afrorum significans; cf. *Verg. Aen. I 421* et *Serv. in h. l.*
 1721 'lagana producit Petrus', sc. Riga in carmine, quod inscripsit Aurora:
 'lagana lata notant et fratris et hostis amorem' cf. *Io. Iun., Brev., Despaul.*
 'ad porri et ciceris refero laganique catinum', *Horat. sat. I 6, 115*, ubi
 tamen *Despaulterius* cum *Nestore* et *Calpino* 'lachnum' legendum esse
 censet. 'lagana sunt placentulae quaedam vulgares, quae cum pipere et
 liquamine conditae depromi solebant ad coenam moderatam et parabilem'
Acro in Horat. l. c. 'laganum est latus et tenuis panis, qui primum in
 aqua et postea in oleo frigitur' *Isid. etym. XX 2.* 'illa vero', (sc., quae
 primum in aqua coquantur) 'in vulgo dicuntur "crustella", ista' (sc., quae
 postea in oleo fringuntur) 'lasaria' *Io. Iun., Brev.* 'sunt lati panes sartagine
 cocti vel pannekake' *Gl. ap. Thurot. p. 528 et 530.* vocabulum, ex
 Graeco *λάγανον* depromptum, invenies etiam in *Poly. ex. XXIX 23*
 1723 'plāga' = rete vel regio, 'plāga' = vulnus 1724 'cālo verbum' = *καλῶ*,
 cuius compositum est "intercalo" = interpono, sed 'cālō' nomen (v. 1729):
 'ponere dico calo, sed refert pondera calo' *Io. Iun., Brev.* 'dum te calo,
 calo ligniferum vocito' *Despaul.* 1725 'malum quod mobile', i. e. adiec-
 tivum 1726 'phala, sive fala' est 'torris lignea' *Gl. M., Papp., Io. Iun.*
 etiam turris rotunda et fastigata in circo, unde *Iuven. VI 520*: 'consultit
 ante falas delphinarumque columnas. — 'phalum, i. e. vinum' *Gl. Ar.* glos-
 sator 'vinum Palernum' innuere voluisse videtur. alibi vox non occurrit.
 in *Brev.* allertur: 'phalon, graece, latine lignum dicitur'.

sal salis atque palus; calo dematur et ales.
 quae polysyllaba sunt, breves; balistaque tolles, 1730
 alea, caligo balaenaque, salebra, squalor.
 a super in tardant disyllaba quaeque sequuntur;
 sint damus atque fames, chlamys et tamen ac amo dempta
 atque thamos.
 quae polysyllaba sunt, breves; amitto sit extra, 1735
 lamina, lamentor, quibus amentum sociabis.
 a super in longam faciunt disyllaba; deme
 hinc manus atque cano, canis, haec anus addis anasque
 ac ana sive phanes.
 ni sint a longis, polysyllaba curta locabis; 1740
 ganeo dematur.

VARIA LECTIO.

1729 | calo dematur et ales | variat calo longa fit ales *M* varies
 calo longa sit ales *e* post v. 1730 nomine producto verbum breuiabo
 caligo (!) *add. S* post v. 1731 ad placitum salebras *add. P* 1732 secun-
 tur *L P A2 A3* sequuntur *e* 1733 sint | sunt *A M e* chlamys | etiam
codd. et e 1734 mare quod resonat uel quod fit amarum *add. Io. Garl. (Ar) M*
 1738 addas *A1* 1739 et que deducis ab illis *add. Io. Garl. (Ar) S*
 et (at *a2*) ana sive phanum et quae deducis ab illis *add. e* 1740 locabis |
 notabis *A P M* 1741 ganeo *add. e* hoc est homo luxuriatur *add.*
Io. Garl. (Ar)

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1729 'sal multi putant corripit, sed citra testimonium' *Despaut. 656*
 1730 'balista', rectius fortasse 'ballista' (est enim a βάλλω) scribitur 1731 'sā-
 lebra' prima syllaba producta auctoritate carere videtur, quamvis etiam *Sulpit.*
 ita doceat. sunt autem 'salebrae' loca asperitate difficilia et impedita, meta-
 phorice difficultates 1734 'thamos': 'unde ypotamus (hypothamos)' *Gl. M*
Gl. A3 'et mesopotamia' *Gl. M* 'idem quod mare' *Gl. A3*; cf. appar. crit.
 'thamus mensis Iulius dicitur' *Pap.* 'Thamos Sulpitio corripit censetur in
 Mela. Thamos est promontorium quod Taurus attollit' *Despaut. 186* 'thamos
 corripitur' *Bebel.* 1736 'amentum' (proprie 'agimentum') vinculum sive
 loramentum est, 'quo media hasta ligatur, ut inieceretur in hostes' *Pap.*
 cf. *Verg. Aen. IX 665* et *Serv. in h. loc.* 'vel dicitur lignum longum
 vel funis, cum quo nautae profunditatem aquarum scrutantur' *Brev.*
 1739 'ana' = ἀνά. — 'phanes': 'apparere phanes, Epiphania dicitur inde'
Graec. VIII 269 'phanes, i. e. sol, qui quotidie se renovat, ut ait Macro-
 bius libro I saturn. et Philadelphus in Sent. III: "hunc veteres divum vates
 dixere phaneta." sic proprium viri Phanes et appellativum in compositis,
 ut Aristophanes' *Despaut. 187* 1741 'ganeo' = popino, (germ. 'Schlem-
 mer'; cf. *Lucenal. IV 58*

a p brevis, nisi papilio vel vapulo, pape,
Apulus et papa, saphirus, erapula, lapppa
mapppaque cum rapa.

ante q lit brevis a semper nisi compositiva.

1745

ar brevis est, quod arista probat, varicosus aruspox.
excipitur carex ac areo, varica, varix,
area, Narycia vel glareca, pareo, naris,
carica.

produe rus vel ra vel rum: testis tibi carus;

1750

ara Dei; sed ara suis et para dempta parumque.

cum subit s produc disyllaba, sit quasi dempta

et casa sive basis; polysyllaba curta locabis,

caseus excipitur, et basia longa notentur.

a t brevis: nato sit testis, quater atque quaternus

1755

atque statum, status ac statio, latet; ac retrahatur

VARIA LECTIO.

1744 cum iapyge capadoecesque *add. Io. Garl. (Ar)* 1746 brevis
est| brenies *SM* 1747 varex *As e v. 1747 om. S* 1748 narycia
codd. 1749 *om. Io. Garl. (Ar)* coniunges *add. e* 1750 carus tibi
testis *PMe* 1751 dempta *omn. codd.* 1752 a super s produc dissil-
laba *etc. P* sit| sed *S* 1754 notantur *P* 1756 statum| stater *Me* ac
statio| et *st. PM* ac retrahatur| et retr. *PAa*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1743 'saphirus', cf. vv. 1718. 2106 sq. — 'erapula' *ἔραιπᾶλη*, affectio
quaecumque capitis facta ex vino intemperantius hausto. — 'lappa',
Germ. 'Klette'; cf. *Ovid. epp. ex Ponto II* 1, 14 *Verg. Georg. I* 153
1744 'mappa': 'mappas antiqui dicebant, quae nunc mantelia dici-
mus' *Aeron in Horat. sat. II* 1, 81 'manutergium' *Gl. n.* — 'rāpa'
ac et 'rapum' i, Germ. 'Rübe'; unde dimin. 'rāpulum' *Horat. sat. II* 2, 43
1746 'varicosus aruspex' *Iuvenal. II* 6, 398 1747 'carex', herba, quae
inter gramina censetur, Germ. 'Riedgras'; cf. *Verg. Georg. III* 231; de
genere cf. v. 687. — 'vārica vārix': 'a varus dicta est haec varica et haec
varix, vena intercoxanea, et producit va' *Io. Iun.* 'pedes in diversum flo-
xos varos dicimus, et distortas venas varicos' *Aeron in Horat. sat. II* 3, 56.
ex hac falsa derivatione a 'varus', quam etiam *Despaut. 475* accepit et
contra *Nebrissensem* defendit, prima syllaba vocis 'varix' producta est
1748 'Narycia', urbs Locrorum in Italia inf.; cf. *Ovid., Verg., Plin.*
'glareca' terra scrupulosa, qualem litora et ripae habent; cf. *Lucan. IV* 302
1749 'Carica', sc. ficus 1751 āra = 'hara', i. e. stabulum porcorum: 'porcum
nutrit hara, gentilis quem necat ara' *Io. Iun.* 'est hara porcorum brevis,
et non ara decorum' *Bree.* — 'para' = *παρά* — 'dempta', supple 'sunt'

vates, Saturnus lateraque, mobile latus,
 atria, catholicus; clatros sociare solemus,
 quatuor ac fatum naturaque, quatinus, ater.
 platos cum statim varies; sed longa locabis 1760
 in quibus in super est aut r muta praeunte.
 philosophi mathesim breviant vatesque mathesim.

VARIA LECTIO.

pe. 1758. 1759 *inverso ordine in P. As M* cv. 1759. 1760 *inv. ord. in e*
 1760 [locabis] notabis AM 1762 [mathesim breviant] breviant mathesim S
 mathesim dicunt P. As

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1758 'catholicus corripitur; auctoritate tamen Sidonii et ecclesiasticorum poetarum propter tot breves se invicem consequentes etiam produci potest' *Bebel. cf. Desaut.* — 'clatri': 'obiectos caveae valuit si frangere clatros' *Horat. art. poet. 473* 1759 'quatuor': hoc numerale primam corripere, sicut quater (cf. v. 1755), et ubi producta inveniretur, litteram t geminatam habere lexicographi vulgo annotant. sed si re vera esset brevis, procul dubio etiam eiusmodi evidentiâ reperirentur exempla veterum poetarum, qui sexcenties hac vocula usi sunt semperque primam produxerunt. in his *Vergilius* et *Martialis* plus vices ex hac voce dactylum effecerunt, nec aliter iuniores poetae faciendum sibi putarunt, ut *Juvenius* (*hist. ev. III 218*), *Avienus* (*perieg.*) *Sedulius* (*op. Pasch. I*) alique. quod ad illud attinet, quod quater primam corripit, non parum sane vocabulorum afferri possunt, quae in quantitate ab origine sua recedant, ut 'lucerna' a 'lūce' seu 'lūceo' (vide v. 1942), 'fella' ab 'offa' (vide v. 1896 sq.), 'pūsillus' a 'pūsus' (vide v. 1967), 'tēgula' a 'tēgo' (vide v. 1782) 1760 ' platos graeco-latine, dicitur latum vel latitudo' *Io. Iun.* 'plātos' non inveni; cf. v. 1763. — 'stātium': primam syllabam produxerunt *Ale. Aratus II 180* *Avienus in phaen. Arati 396*. cf. 'stātum' et 'stāturus' v. 1646 sq. 1760 sq. 'sed — praeunte', ut 'māter prātum' 1762 'māthēsis māthēsis': recentiores auctores 'matheseos' vocabulo etiam pro astrologia siue divinatione usi sunt, sicut et eam profitentes 'mathematicos' appellarunt (ita iam *Juvenal. XIV 240*), et ut pronuntiatione differentiam statuerent, quando pro disciplina vel doctrina ponitur, pænultimum, nimirum contra naturam elementum Graeci, corripuerunt. unde in plerisque codicibus, sicut etiam in *Graec. X 211* et apud *Io. Iun.*, hic versus laudatur: 'scire facit mathesis, sed divinare mathesis'. versus igitur supra allati sensus est hic: 'mathēsis', i. e. scientia quadri-
 vialis, et 'māthēsis', i. e. ars divinatoria, primam syllabam corripunt itaque a regula priore versu statuta excoipiuntur; cf. etiam v. 2044. ceterum 'mathēsis' pænult. corr. etiam pro arte vaticinatoria usurpata interdum occurrit, ut apud *Prudentium*, qui contra *Symon. II 888* eas artes, quas daemon invenerit, recensens dicit: 'involvit mathesi, magicas impellit in artes' cf. *idem L. c. II 479*. sic *Apollinaris Sidonius, Panegyrr. II* dicit: 'percurrit mathesin humeris interrogat umbras'

ut placet est platea vel platea sive platea.
a super u brevis; sed gnāvus et. avia demas,
gāvius, navis et Mavors pavoque, mavis, 1705
suavis, pravus, item si praesit l addita mutae.

Ante b fit brevis e, si non duo consona praesint;
deformat debet, Ph[o]lebus Thebaeque notentur,
Nebrida, debilitas et Ph[o]lebe [neboque nebam.]
e e brevis: secus est testis, nisi s[ta]lecula, m[o]lechus 1770
[a]leceis: securus, fecundus, Gr[a]lecia, c[a]leceus,
pr[a]leco, me-, te-, se-, vecors vel secius, echo,
thea[que] longatur, de quo chirotheca creatur.

VARIA LECTIO.

1764 brevis etc. demas] brevis etc. demas M 1765 navis
etc. mavis] mavis etc. navis l et Mavors pavoque] mavors pavo quo-
que M 1767 fit brevis e] corripis e L si non] nisi cum P M praesint]
presunt M 1768 deformat] L S de format A P M debilitat e Phoebus
Thebaeque] chebe(?) phebeque 1769 Phoebe] febus P phebes M [] in-
clusa om. A1 A2 S, add. lo. Gurl. (Ar) L P sint tibi longe add. A3 nebula
gleba add. Me 1772 vel] et A3 M 1773 teaque et echinus S chi-
rotheca] cerotheca ALz cyroteca vel ciroteca cett. codd. (cf. v. 1702)

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1763 'plātea': 'purae sunt plateae, nihil ut properantibus obstat' Horat.
epist. II 2, 71. haec apud antiquos poetas usitatissima forma erat; recentiores
secundum etymologium (πλάταια) paenultimam produxerunt; cf. Keller,
Jahrb. f. kl. Phil. 103, 559; plātea vero prima producta exemplis auctorum
comprobata non videtur, licet inveniantur v. 1698 et admittatur a Salp. 1764 'a
super u brevis', ut 'avis avus favor favius pavor etc. 1766 'l addita mutae',
ut 'clavus flavus' 1768 'deformat', sc. regulam, i. e. contra regulam versu
priori positum est 'debet' (cf. 'cassare' v. 914); aut scribendum est omni
quibusdam codd. 'de format', i. e. prima syllaba verbi 'debere' longa est
1769 'Nebrida' hic, ut mihi quidem videtur, nominativus singularis numeri
est, cuius pluralis est 'Nebridae', non accusativus sing. vocis 'nebris', nisi
forte auctorem nulla metri necessitate coactum hoc loco accusativum
nominativis inseruisse putemus. sunt autem 'Nebridae' mulieres, quae
'nebride', i. e. 'veste ex pelle cervi vel lynceis' (Gl. M., lo. Ian.) concinnata,
indutae erant, sive Bacchae. cf. Statius Theb. II 664 Seneca Oed. v. 438
Silius III 395. in Brer. vero legitur: 'nebrida dae, planeta, quae indue-
batur tempore sacrificii' 1772 'me. te. se.', sc. 'mecum' etc. 1773 'chiro-
theca': 'manti (sine dubio Ital. quanti), i. e. manus theca' Pap. 'manuum
tectura' Hug., lo. Ian., Osh. Pan. 'designat tegimen atriisque manus
chirotheca' Graec. X 203. cf. Ys. III 1131 Dir Cange; de quantitate
primae syllabae vide etiam adn. ad. v. 1702;

ante d protrahis e, si sint disyllaba, sicut
sedes et t[ha]edet; cedo pro die demis edoque, 1775
pes pedis atque pedum, cedrus, et polysyllaba curta,
ut sedeo, medicus; sed sedulus excipitur,
seditioque simul.
cum subit f, brevis o; sed compositiva notate.
ante g fit brevis e rego teste legoque tegoque; 1780
excipies reges reginaque, regula, legēs,
[a]leger et [A]egyptus, legans et tegula, iunges
[a]legis et [a]legoceros.
e super l longam faciunt disyllaba, sicut
chele; demo chelym, velut inde, volinque geluque 1785
atque melos, scelus atque celer, melus; et breviabis
quae polysyllaba sunt; speluncaque, belua demas,
delibutus et electrum spelaeaque Graecum,

VARIA LECTIO.

1775 edet et sedes P 1776 et] ac e 1778 et dedalus add. S
cui seditiosus adheret add. lo. Gurl. (Ar) cum seditiosus habetur add. e2
1779 potabis Me 1780 lego teste tegoque regoque A3 1781 excipies L
excipias cett. codd. et e 1782 legans] legas A2 S P Me et tegula] vel
regula P iunges LA1 dego cett. codd. et e 1783 cum (et P) fregi iungito
pegi add. lo. Gurl. (Ar) P quae graeca tibi retineto add. e2 1784 faciunt
longam L 1785 demo P A3 1786 et breviabis] ac breviabis Me ab-
breviabis A1 1787 demis Me

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES

1776 'pēdum', baculus pastorum recurvus; cf. Verg. ecl. I 88 1782 'ce-
gula', quamvis a tego descendat, primam productam habet; cf. Ovid. Fast. II
537 VI 316. est autem (Germ. 'Ziegel' 1783 'aegoceros' (codices et edi-
tiones, quas novi, omnes habent 'aegloceros' = αἰγολόφος) Latine vulgo 'capri-
cornus' dicitur, (Germ. 'Steinbock'; cf. Osh. Pan. 193 Graec. VII 32 VIII 92
Brevi, Dief. est quoque signum caeleste; cf. Lucan. IX 537 1785 'chēle',
vulgo plur. 'chelae' forcipes canerorum et scorpionum; item pro signo
caelesti apud Verg. georg. I 33 1786 'mēlus': 'animal' Gl. M. 'taxus'
(Ital. 'tasso', (Germ. 'Dachs'), 'qui melus dicitur' Pap. 'quoddam animal,
Gallie tassisson' Gl. ap. Thurot 331; cf. lo. Ian. paenultimam corripendam
esse censet etiam Salp.; producit autem in hoc versu Ecl.: 'audieram
strepitum, certans comprehendere melum'. (vocabulum non habet Du Cange.)
1787 quae polysyllaba sunt', ut 'elementum elephantus' etc. 1788 'spēlaea'
(sing. 'spelaeum' vel 'speleum', σπηλαίον = speluncae; cf. Serr. in Verg.
ecl. X 52 Pap., Isid. etym. XVI 3 lo. Ian.

Elysium cum deliciis delubraque iungam.
 e super m brevis est; sed femina, semina demam, 1790
 demoque producis; sed longis addere debes
 e super m solam, sed correptis emo iungam
 ac emio, Themis [extrahe demum, semita, semis],
 et cum cremento disyllaba nomina producat;
 sed memor atque nemus, pariterque femur breviamus. 1795
 e super n longa; sit enim brevis atque fenestra
 atque penum, penitus, penetro, penes atque penates
 et phrenesis, teneo.
 si b vel s t vel u vel g praefiungitur illi,
 fit brevis; at venum produci venaque debet, 1800
 t[ha]enia, t[ha]ena simul et venor, t[ha]enara, senus.

VARIA LECTIO.

1789 iungis P[ro] Me 1790 semina semita Me demam demas A2
 demis P[ro] deme Me 1791 producis sed producis et P[ro] produces et Me
 1793 Themis om. P[ro] [] inclusa add. Io. Garl. (Ar) L iunges his demum
 semita s[er]tis (!) add. S 1795 breuiabis P[ro] As post v. 1795 compositum
 notes add. L Me 1796 sit sed S As 1797 penum penus Me penetro
 penetrat Me 1798 et frenesis Me et frenesis teneo A2 As et
 frenesis teneo varies A1 et frenesis teneo uel varies (sic) L et frenesis
 varies Placco delento (sic) frenesis Io. Garl. (Ar) et fr. v. Pl.
 dicente fr. P[ro] et fr. teneo Pl. d. fr. S (hic de prima syllaba agitur,
 quae quidem in voce phrenesis semper corripitur; de paenultima syllaba
 varianda auctor infra (c. 2045) tractat.) 1799 si b uel g uel s t uel
 n praefiungitur illi Me si b uel s praesit rell. om. P[ro] 1800 at A1 As ac L P[ro]
 atque (!) S A2 1801 Taenara trenara Me

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1791 sq. 'sed longis -- solam', at 'emius' reliqua cum 'ex' composita
 1793 'emio': nomen graecum, unde componitur redimio Gl. M. 'emio non est
 n usu, sed sua composita' Gl. ap. Thurot. 129 'emio est orno' Gl. n. (ver-
 bum omisit Du Cange) 1794 exempli: 'semis emissis, thema thematis'
 1796 'e -- longa', ut 'femum fenus deni' etc. 1798 'phrenesis': de correpta paen-
 ultima vide v. 2045 1799 ex: 'bene senex teneo venio gēnae' 1801 'taenia
 taena simul', cf. Io. Ian. alteram formam in usu esse mediū aevi gramma-
 tici, atque etiam Desput. 513, ex illo Vergilii versu (Aen. V 269) con-
 cludebant: 'puniceis ibant evincti tempora taenis', sed ibi et contractio
 ex 'taeniis', ut in 'gratis' ex 'gratiis'; cf. Lachman. conim. in Lucr. 279.
 est autem 'taenia' 'vittarum extremitas' Serr. in Aen. VII 352 'depen-
 dens diversorum colorum' Isid. etym. XIX 30, Pap., Io. Ian. -- 'senus', vulgo
 plur. 'seni', numerale distributivum

ante p. fit brevis e, veluti reperire; p duplex
 repperit excipies et praele, praeleputia, praelepes,
 cepaque protrahit e; sed et hanc producere debes
 s sibi praeposita; breviato tamen sepelire. 1805
 longa fit epacta, repoque simul sociatur.
 ante q. fit brevis e, sicut neque; demitur alequor
 alequus et alequalis, nequaquam nequaque, nequam.
 o super r brevis, ut series, hera sive ceraunos,
 sic et herilis, herus, heresis; tamen excipis heros, 1810
 halerco, feralis, alerumnaque, alerulus, heres,
 maleret et cruca ceromaque, seria, aleres,
 ales aleris, qualero, gens Seres ceraque, sero,

VARIA LECTIO.

1803 excipies excipias P[ro] excipiet S A1 excipitor As 1805 breviato
 breviando Me 1806 longa fit epacta cum tepo rell. om. Me1 longa fit
 epacta cum tepo consociata e2 longa fit epacta tamen abbreviatur epacta P[ro]
 1809 ceramon L A2 ceraunon S ceraunon Me seraunon As seranon P[ro]
 1810 heros heres e 1811 heres heros e 1813 quero vero ei gens Seres
 gens ceres LSPei

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1804 'cepa' fem. vel 'cepe' neutr.; cf. Horat. epist. II 2, 21 Mart. III
 77, 5 XII 32, 20 Pers. IV 20. -- 'sed -- praeposita', ut 'sepes sopia separo' etc.
 1806 'epacta' vulgo plur. 'epactae' (ἐπακτα sc. ἡμέραι): 'opactas Graeci
 vocant, Latini adiectiones annuum lunares, quae per undenarium numerum
 usque ad tricenarium in se revolvuntur, quas ideo Aegyptii adiciunt, ut
 lunaris mensura rationi solis aequetur' etc. Isid. etym. IV 16; cf. Osb. Pan. 196
 Io. Ian., Brev. Du Cange. unde auctor, quem hac in re Sulpit. secutus
 est, primum syllabam productam statuerit, nescio 1808 'nequa': 'ex ne
 et quis componitur nequis nequa nequid vel nequid' Io. Ian. cf. Prisc. I
 17917 1809 'ceraunos' = κεραυνός, unde 'Ceraunia, Aero-ceraunia' ap.
 Very. Aen. III 506, Georg. I 332, Horat. carm. I 3, 20; cf. Serr. et Aeron
 in ll. cc. 1810 'heresis' (pro haeresis, αἵρεσις) est etiam ap. Elyb. II 1747
 in Graec. XIII 131 X 149; cf. v. 208 1812 'serina': 'tinea in vestimentis,
 cruca in holere, terefo in ligno, tarmus in lardo' Isid. etym. XII 5 item
 quaedam herba, et tunc derivatur ab uro, quasi urica, quia igneae sit virtutis
 et in cibo saepe sumpta Veneris incendium commoveat Io. Ian. cf. Horat.
 sat. II 8, 51 Martialis. III 75, 3 Iuvenalis. IX 134. -- 'oeroma, quoddam un-
 guentum confectum ex melle, herbis et cera, quo athletae utebantur'
 Io. Ian. cf. Iuvenalis. VI 246, Martialis. IV 4, 10 V 65, 3 VII 32, 9. -- 'serina'
 vas est oblongum vino oleoque condendo; cf. Pers. IV 29 1813 'sero' adv.

Erigone,
 xerampellinas, clerus; debesque notare 1815
 longas ve super r, sed deme veru vereorique;
 corripis inferias feretrumque.
 p quoque praeposita pones disyllaba longa.
 longa fit e super s nisi compositiva thesisque
 atque Jesus. 1820
 ante t longa fit e, ceu fretus; deme metallum
 ac etiam metuoque, fretum, meto, metra retroque,
 adiungasque Getes, et si p praevenit aut u;
 pr[ae]ale format pr[ae]leter.
 Tethys yos Tethim dabit, estque Thetis Thetidisque. 1825
 e super u produc, ut sla|evus; deme severus
 et levo sive bever, brevis et leve, non onerosum.

VARIA LECTIO.

1814 Erigone cherre *Me* 1815 serapellinas *LSA₃* serampellinas *A₁*
 serapelinas *A₂Me* cerapelinus *P* notare] locare *PMe* 1816 longum *A₃*
 longam *Me* 1817 feraxque *add. S* feretrumque] que *om.*, veretrumque
 merumque *add. Io. Garl. (Ar) Me* veretrumque ferarum *add. P* 1820 longus
 tamen est in carmine iesus *add. Io. Garl. (Ar) L* 1821 ceu] seu *LA₁A₂*
 1822 *ut supra S, sic, sed* metraque retro *Me* ac etiamque fretum metuo-
 que metq metra retro *A₁A₂*, *sic, sed* retroque *L* atque (*superscr.* etiam)
 fretum metuoque metoque metraque retroque *A₃* sic etiam metuoque
 fretum meto retroque metra *P* 1823 et] aut *A₂* 1824 et vult pro-
 ducere pretor *add. Io. Garl. (Ar) et* (debes *pro* et vult) *Me* *vv.* 1824. 1825
inverso ordine in Me 1825 Thetis ios thetimque dabit thetis est theti-
 disque *Me* 1827 beuer brevis *LA₁A₂* brevis beuer *SA₃P* brevis
 brevis (!) *Me*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1815 'xerampellinae' (pro 'xerampelinae', *ξηραμπέλιραι*) 'dicuntur
 veteres vestes et praecisae' *Pap.*; cf. *Du Cange* 'xeros componitur cum
 pellis et dicitur xerapellina, i. e. pellis sive vestis vetus sicca et praecisa,
 detrita' *Hug., Io. Iun., Brev.* haec interpretatio sine dubio inde exorta
 est, quod Iuvenalis xerampelinas forte 'veteres' dixit: 'et xerampelinas
 veteres donaverit ipsi' *Iuc. VI 519* 1818 ex.: 'pera pero spero'
 1819 ex.: 'resus deses' 1820 'Jesus': sic etiam praecipit *Salpit.* contra
 hanc doctrinam adnotat *Despaut. 132*: 'patet crasse Petrum Rigam in
 Genesi: "de quo concepit virgo beata Jesum", et Alexandrum: "dát Jesus
 um quarto"' etc. (vide v. 319) 1825 cf. v. 1168 1827 'béver', vox Ger-
 manica et Anglica, quam pro 'castore' iam apud *Prisc. I 150^{is}* invenies.

Ante b corripis i; tribulus probat hoc et Iberus;
 tribula dematur, hibernus, fibula, scribo,
 tibia, Liburnum, vel mobile liber et ibo 1830
 et libum, libo, vibex quoque, sibila, quibo
 ac ibis.
 ante c corripis i: sit convicior tibi testis
 atque dicax; demo convicia, spicula, dico,
 ficus cum mica, vel niciteria, trica, 1835
 vicienus quoque, tricenens, ficedula, picus,
 licia cum spica vel sicut picaque, vicus.

VARIA LECTIO.

1828 corripis] sit brevis *Me* brevis *omisso* sit *P* Iberus] yberus
A₁ A₂ hyberus *L P* 1831 libum libo] libo libum *A₁* vibex quoque]
 et vibex *Me* 1832 fibra (!) poteris coniungere libra *add. Io. Garl (Ar)*
 et (vibra pro libra) *P* 1833 corripis i] sit brevis i *SPMe* 1835 ficus]
 vicis (!) *M* viciens *e* niciteria] nichilteria *L* nichiteria *cett. codd.* 1837 vicus]
 ficus *Me*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

cf. etiam *Priscianæ K. Suppl. CLXXV, Pap., Io. Ian., Du Cange.* 'fiber
 idem castorque, bever, castorei cuius sunt testiculi; castratos dicimus
 inde' *Io. Garl. 199*, cf. de hac re *Serv. in Verg. Georg. I 58 Iuvenal. XII 34*

1828 'tribulus' (*τριβύλος*), 'genus spinæ' *Serr. in Verg. Georg. I 153*
 1829 'tribula' fem. et (plerumque) 'tribulum': 'genus vehiculi, quo teruntur
 frumenta' *Serv. in Verg. Georg. I 164* 1830 'Liburnum, genus vehi-
 culi' *Gl. n.* hoc genus autem (si quidem omnino currum significat)
 a *Iuvenale III 240* 'Liburnus' dicitur. est praeterea 'Liburna', sc.
 navis. ceterum prima syllaba ubique corripitur; cf. *Despaut. 525*
 1833 'convicior', ut videtur ex falsa derivatione a nomine 'vitium'.
 legitur enim ap. *Io. Ian.*: 'vitium, quod dicitur a vetando, corripit
 i ante t cum suis derivatis; convicium tamen producit i' 1835 'nici-
 teria', nunc vulgo 'niceteria' (*νικητήρια*): 'nici graecae victoria, unde et
 niciteria, i. e. filateria, in quibus victoriae sunt scriptae; quae athletae
 capite (immo collo; vide *Iuvenal. III 68*) gestabant' *Pap.*; cf. *Io. Ian., Osb.*
Pan. 371 Brev., Du Cange. — 'trica', vulgo plur. 'tricæ': 'tricæ sunt im-
 pedimenta gressuum, idem trico tricæ' *Pap.* 'a tero dicitur hac trica,
 i. e. deceptio, et trica, i. e. meretrix, et trica, i. e. radix, et trica dicitur
 capillorum' *Io. Ian.* cf. *Os. Pan. 591 Ys. I 279 Brev., Brev. Benth., Du*
Cange. 'tricæ, capilli pedibus pullorum gallinarumque involuti, qui gres-
 sum impediunt; ideo tricæ dicuntur etiam impedimenta et res frivola'
Despaut. 130. verbum 'tricari' pro 'morari, tergiversari' legitur apud
Cic. ad Attic. XIV 19, & XV 13, 5, activum 'tricare' in *Vulg. eccles.*
XXXII 15 et ap. *Ys. I 273, 284*; item 'extricare' pro 'expedire, exsolvere'
 ap. *Horat. sat. I 3, 88*, 'intricare' (unde Gall. 'intrigue') ap. *Plant. et Cic.*

e duplicat sicca, siccus; sed ico variabis,
 quaeque dicax ponit, ut fatidicus, breviabis.
 ante d longa fit i, velut idem pro mare, fido
 et fidus; sed demis idem neutrale fidesque,
 his ideo, fidis atque Cydonia iunge quidemque.
 addis idoneus his et si b vel u praeit aut t.
 strideo produces et strido, rideo rides.
 idola dic longa; tamen invenies idolatra.
 i super f longa nisi compositiva seyphusque.
 ante g corripis i; vult figo fligoque demi,

1840

1845

VARIA LECTIO.

1838 duplicant .11.12 variabis| breviabis P 1839 quodque P.A. e
 fatidicus| cauidicus P 1842 ideo fidis atque| ideoque fidisque P
 Cydonia| sidonia P iunge| iungo Me 1844 producis S rides m. rec.
 corr. in iunges .11 iunges P iungo M iungo e 1846 seyphus| cyfus
 cifus ciphus redd. tiphus (!) e 1847 figo fligoque S.A. e vult figo| figo
 mult .12 Ab

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1838 'sicca' pro 'sica', pugione vel ense, invenitur apud *Gregorium Turon.* IX 19. teste *Io. Iun.* haec vox unico e scribitur; itaque fortasse, nimirum contra glossatorum interpretationes, accipiendum est quod in *Du Cangeii* glossario legitur: 'sicca, saepia piscis, Gallie seiche'. — 'ico': 'ico paenultima brevi profertur in praesenti teste Capro; Lucretius (III 160) etiam in praesenti producit paenultimam' *Prisc.* I 50922- 510a 1842 'Cydonia', sc. mala, 'ab oppido, quod est in Creta dicta' *Pap.* alias 'Cotonen', Germ. 'Quitten'; cf. *Serr. in Verg. ecl.* II 51 *Martial.* X 42, 3 XIII 24 1843 'si b-t', ut 'hidens video tridens' 1845 'idola' pro 'idōla' (εἰδωλα): 'idolum' medii aevi scriptoribus familiaris vox erat; unde 'idolum' pro 'idōlum' (εἰδωλαῖον), 'Gibzentempel': 'decernant infame lovis pulvinar, et omne idolum longe, purgata ex urbe fugandum' *Prudent. adv. Symm.* II 48 'in terra sancta Dens imperat idola tolli' *Petr. Riga* 'idola tot Romae mundo collecta subacta' *Arator de act. apost.* I 'multi Christianorum in his defecerunt a lingua Graeca' *Despaut.* cf. v. 519 *Graec.* X 111. — 'idolatra' pro 'idōlōlātra' sive 'idōlōlātrēs' (εἰδωλολάτρης): cf. *Ys.* VII 581 *Eyb.* l. II 572 *Graec.* VIII 197 1846 'nisi compositiva', ut biformis, triformis' etc. — 'seyphus' σάφης), vasculum potorium: cf. *Horat. carm.* I 27, 1 *Tibull.* I 11, 9 *Martial.* VII 72, 4 VIII 6, 11 XII 69, l. quod ad scripturam codicum attinet, animadvertenda est adnotatio *Io. Iun.*: 'est s prima litēra in Hugutione et in Papiā, nec debet s in pronuntiatione omnino taceri, nec omnino proferri s, sed quasi medio modo, quia s ibi, quantum ad sonum, liquescit aliquantulum'

viginti, bigae trigintaque, frigora, pygae,
migro, pygargus, frigoque simul sociatur.

s t si praeceunt, ut stigo, longa manebunt; 1850

sed Styga cum strigibus brevis, strigilis variemus.

longa fit i super l, ut milia; deme cylindrum

et philomela, filix, hilaris, ciliumque Cilixque

et granum milii, bilibris, pilus et pila ludus.

si praet s aut t, tunc debes i breviare. 1855

VARIA LECTIO.

1840 pygargus] pigardus *codd. et e* sociatur] sociamus *PAaMe*
1850 praeceunt] praesit *e2* praet *e1* 1851 strigiles *SM* variamus *SAPM*
1852 cylindrum] chilindrum *LA1A2M* 1853 philomela *vel* filomela
codd. et e filix] philex *L* 1854 milium *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1848 'pygae' (πυγαι, nates; cf. *Horat. sat. I 2, 133* et *Acron in Hor. sat. I 2, 92* 1849 'migro': 'corripit migro paenultimam naturaliter; in versu tamen habet primam communem' *Io. Iun., Brev.* 'migro contra Alexandrum' *Despaut. 531.* — 'pygargus', πύγαργος (codices et editiones, quas novi, omnes 'pigardus' exhibent) 'est avis' *Gl. M, Gl. n.* 'pigargus, quaedam avis, et dicitur a pige, quod est depressum, quia forte avis parva est, et numeratur inter animalia comestibilia deuter. XIII' *Io. Iun., Brev.; cf. Du Cange.* sed in *Vulg. deut. l. c.* et ap. *Iuvenal. XI 138* 'pygargus' procul dubio est fera cervi specie vel caprea silvestris non absimilis dammis 1850 'stigo, i. e. stimulare, et producit illam syllabam sti' *Io. Iun.; cf. Du Cange.* inde compositum 'instigare' 1851 'strigilis': 'a strideo' *Io. Iun.; cf. Osb. Pan. 544 Graec. X 66.* haec falsa derivatio ad primam syllabam producendam induxisse videtur. est autem 'instrumentum aeneum, quo sudorem in balneis solent homines tergere' *Acron in Horat. sat. II 7, 110; cf. Iuvenal. III 263 Pers. V 126* 'patella vel ferrum, unde purgantur equi' *Os. Pan. 544; cf. Io. Iun.* 'patella vel instrumentum, quo pueri furantur vas et flets' *Io. Iun., Brev.* quae ultima significatio, ut mihi videtur, ex falsa illius Horatii versus supra citati interpretatione orta est. formam 'strigil' habent *Pap., Sulpit., Henrichm.,* admittunt *Io. Iun. et Pylades.* vox non invenitur apud *Du Cange* 1852 'cylindrus, instrumentum vel serpens' *Gl. M* 'lapis vel serpens' *Gl. n.* ille serpens vero 'chelydrus' vocatur; cf. *Verg. georg. III 415 Lucan. IX 711* 1853 scripturam 'philomela', quamvis omnes codices editionesque et, quae quidem mihi innotuerunt, glossaria exhibeant, retinere nolui. 1854 'milium, Germ. 'Hirsen'; cf. *Verg. georg. I 216.* — 'pilus' = 'capillus', 'pilus' = primus ordo triariorum. — 'pila ludus', sed 'pila' vas, in quo frumentum contundebatur, aut columna ex lapidibus caesis facta 1855 ex: 'sileo lilia'

i super m tardant disyllaba; sed thyma deme
et nimis atque finus, simul, his sit Hymen sociatus.
quae polysyllaba sunt nisi simia curta manebunt.
longa fit i super n; tinea, linio, lino demas.
tinea produxit Petrus Riga.

1860

quae e vel s aut m iungunt i, sunt brevianda,
ut cinis atque minor; sed sinum minoque demis.
ante p fit brevis i; vult vipera ripaque demi,
sipharium, siphon, eip[plus], cum stipite stipo.
i q brevis: probat hoc liqueo, liquor, unde liquoris,
atque liquor -quaris; sit liquor liqueris extra.
i super r longant disyllaba: tira probabit;

1865

VARIA LECTIO.

1856 thyma] tima *LS. A1. A2 P* deme] demis *P* 1857 limum *M*
himen *L. A1 S* sociandus *P. Aa* his et hymen sociabis *Me* 1859 demis *SP*
demo *M* deque (*I*) e 1860 Riga om. *P. M* (*superser.* hodie *M* et *Io. Garl.* (*Ar*)
quem non imiteris *add. Io. Garl. (Ar)* 1861 i] tibi *Aa* sibi *M* 1862 cinis]
sinus *P. Me* demis] demas *A1 A2 P* demo *M* 1865 unde] inde *P. Me*
1867 longant] tardant *M*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1856 'thymum' et 'thymus', plur 'thyma' nobis 'Thymian' est
1859 'tinea', vermiculus vestes et libros arrodens; cf. *Horat. sat. II 3, 119*
epist. I 20, 12 Martial. II 46, 10 VI 60, 7 XI 1, 14 XIV 37, 2. —
'Petrus Riga', sc. in carmine, quod inscribitur Aurora. (locum ipsum non
inveni.) *Bechius*, qui vocabulum indifferens esse statuit, hunc *Sereni*
versum affert: 'matura interno cum viscere tinea serpens'. 1862 'sinum',
vas ventriosum ex argilla factum, lacti, vino etc. destinatum; cf. *Verg.*
eccl. VII 33. — 'mino, avi, are, vulgo significat ducere' *Pap.* 'compellere vel
ducere; unde hic et haec et hoc minans, tis, et producit mi, sed minans
a minor corripit mi, unde versus: "dum grex minatur, lopus illi dente
minatur" *Io. Iun.* cf. *Græc. XI 57 Brev., Despaunt. 537.* ex hoc verbo,
quod in *Vulg.* saepissime reperies (ut *eccl. III 1 Isai. XI 6 regum I 30,*
20 II 6, 3 act. apost. XVIII 16 ep. Iac. III 2 all. II.), ortum est Ital.
'menare', Gall. 'mener' 1864 'sipharium, pretium vel cibus cantoris' (*Gl. M*
'omme, quod ante cantantem pro pretio suspenditur' *Pap., Io. Iun., Brev.*
est vero 'sipharium' sive potius 'siparium' velum mimicum; cf. *Lucret.*
VIII 186 Cte. de proc. cons. 14. — 'cippus': 'a capi dicitur hic cippus, per
geminum p. et pro trunco et pro cumulo terrae et pro lapide mortuo
superposito et pro cimiterio et pro instrumento, quo reorum pedes
restringuntur, quasi capiens pedes' *Io. Iun.; cf. Du Cange* 1867 sq. 'tira
lira': 'pollice tango lyram, facio cum vomere lira' *Io. Iun., Græc. X 148*
Io. Garl. 408 Brev. Benth.

vult pyra sive viri, pirus et resonans lyra demi.
 quae polysyllaba sunt, breviantur; tiria deme,
 pirula, pirata, sit pyramis his sociata. 1870
 longa sit i super s; nisi deme miserque, disertus,
 his tisanam iungis, sed compositiva notabis.
 i brevis ante t sit: iter hoc testatur itemque,
 ambitus, ambitio; demes ambitus et itur,
 nitor, dis ditis, elitellaque, lis quoque litis, 1875
 psititlacus et Titan, titilloque, sis quoque sitis,

VARIA LECTIO.

1869 schiria | P tiria vel tyria *cett. codd. et e* 1870 pyramis | piramus
 P A₂ A₃ M piramis *cett. codd.* 1871 disertus | misertus *Me* 1872 iungis
 sed | iungas et SP iunges et M 1873 ante t sit brevis i testatur iter
 nel itemque P 1874 demas P A₃ 1875 elitellaque | que *om. A₁ S*
 1876 titilloque | que *om. SP A₁ A₃ Me* *rr.* 1876. 1877 *inverso ordine in P A₃ M*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1868 'pŷra' (πῦρ): 'exstructio lignorum rogos, subiectio ignis
 pyra, crematio cadaveris bustum dici solet' *Serv. in Verg. Aen. III 22*
 1869 'tiria' (?): 'tyria' (sic etiam scribit *Sulpit.*) 'est serpens vel gutta
 cadens a stillicidiis' *Gl. n.* sed gutta illa vulgo 'stiria' vocatur; cf. *Verg.
 Georg. III 366 Martial. VII 37, 5 Serr. in Verg. Georg. l. c., Pap.,
 Io. Iun., Despaut. 544* 'tyria ist soviel als ophiasis' (i. e. morbus capillo-
 rum, ab ὄφις = serpens) *Zedler, Univ. Lex. XIV 2210* 'tyrus dicitur qui-
 dam serpens, unde haec tyriaca, antidotum serpentum' *Io. Iun., Brev.*
 'tyriaca, tyriacum = theriacum, quod vulgo thériaque dicunt' *Du Cange.*
 itaque, num 'stiria' scribendum sit, diiudicare nolim. 1870 'pirula': 'vo-
 catur extremitas eius (sc. nasi) pirula, a formula pomi et piri' *Isid. etym.*
XI 1; cf. *Pap., Io. Iun.* si vox a 'piro' descenderet, prima syllaba corri-
 pienda esset, quod *Hug.* etiam praescribit. sed re vera producta invenitur,
 ut in illo versu a *Cangio* allato, quo signa violatae virginitalis enumeran-
 tur: 'pirula, pupillae, palpebrae, stiria, malar'. etiam *Sulpit.* et *Despaut.*
 vocem produci docent. quam ob rem diminutivum puto vocis 'pera', et
 'perula' etiam in recentioribus *Isidori* editionibus scribitur: ita esset
 'rotunditas narium' ut *Gl. n.* interpretatur, Germ. ein 'Rünzlein' 1871 sq.
 'longa = s', ut 'risus visus pisum'. — 'sed e. notabis', ut 'bisulcus'. — 'tisana' vel
 'ptisana' (πτισάριον ἢ πτισσω) est hordeum tustum, Germ. 'Gerstengrütze';
 cf. *Martial. XII 72, 5.* forma 'tisana', quamvis nomen Graecae originis
 sit, usitatissima, fuisse videtur; quam praeter codices nostros optimi *Plinii*,
Martialis, *Nonii*, *Isidori* aliorumque libri manu scripti exhibent. etiam
 Gallico 'tisane' scribitur; cf. *Du Cange.* 1875 'elitella': sing. numerus
 pro plur. etiam in *Osb. Pan. 149*, in *Brev. Benth.* et ap. *Despaut. 547*
 occurrit.

Italus et Python, glitis, pytismata iungo.

littera t duplicat.

m praecunte vel r aut u producere debes;

sed brevies vitulum, Britones, ovique vitellum 1880

atque mitos filum.

u longam facit i; nivis hinc vult regula demi.

bisque notes et tris et quae componis ab illis.

Ante b longa lit o, velat obex obicioque;

excipiat obex verbum, soboles vel obesus, 1885

corripies etiam, si duplex consona praesit.

o c corripimus, veluti iocus atque iocosus

et iocor et proceres, oculus vocor; et retrahatur

iocundus, vocis, procerus, et ocior adde

phocaque, vocalis, Coecytus; e duplicavit 1890

occulo; longa dare decet ocia, pocula iungo.

VARIA LECTIO.

1877 Python] phyton *et* phiton *codl.* pytismata] pitasmata *L A2 A3 e*
 pitasmata *A1* iungo] iungam *A3* iungis *P M* 1878 littera t duplicat
A1 A2 e1 littera t duplicat vel t duplicat littus *L* t duplicat littus *PSM*
 littera t duplicat et litora non duplicatur *e2* littus t duplicat et littera *A3*
hemist. om. Io. (Art. (Ar)) 1881 *hemist. om. Io. (Art. (Ar))* *SA2 P M, habent LA1 A3*
 1882 hinc] hec *S P* 1885 excipiantur *A3* vel] et *S A3 P M e* 1886 corri-
 pias] produces *(I) M e* praesit] subit *(I) e* 1887 iocus] locus *A3 e* 1888 et
 iocor et] atque iocor *P* vocor et] uoco sed *P M e2* uocor sed *(I) e1*
 1889 adde] addis *M e* 1890 Coecytus] coecitus *L P* coecitus *A1 A3* coc-
 cingtus *S* coecitus *e* duplicavit] duplicabit *A3* 1891 iungo] iungo *A1*
 occulo longabit simul ocia pocula iungit *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1877 'glitis' a 'glis'; cf. v. 446 'pytisma': 'genus ludi' *Gl. M*
 'cortina in templo vel genus ludi' *Gl. n.* 'cordae extensae in templo'
Du Cange 'pitisma est genus ludi, quod mirabili arte volvitur et giratur;
 unde Juvenal. (XI 173): "qui late daemónio" (sic, pro Laedæmonium)
 "pitismate lubricat orbem" *Io. Ian.* immo est spuli irroratio, a *πυρίτω*,
 ut patet ex *Juvenalis* versu citato 1879 ex.: 'mitis ritus vito vita'
 1881 mitos = *μῖτος*: 'est, mihi crede, mitos filum, sed fabula mithos' *Gl. L*,
Græc. X 248. 'mitos illum est, quod licium dicitur' *Despaut. 625*; cf. 'poly-
 mitus' v. 2115 1882 'u longam facit i', ut 'rivus privo divus' 1883 'et
 q. c. ab illis', ut 'bivium trivium' etc. 1884 'obex obicio', quia ex 'ob-
 jex obicio' contracta sunt; cf. *Verg. Georg. IV 422 Aen. VIII 227 X 377*
 1885 'obes' ex 'obsuni' 1886 ex.: 'probus globus'

occe e duplicat, suffoco decet variare.

o d producant disyllaba; sed modo deme

ac odor atque modus; polysyllaba curta manebunt.

proderit est longa; sed poderis est varianda.

1895

o super f brevis: ecce profor, profugus vel ofella,

profugio dempta vel profero, profuit, ossifa.

produces o g; toga deme rogoque rogusque

atque logos.

l curtam facit o, sicut colit; excipe nolo,

1900

molior et moles, sol solis, dolia, proles,

VARIA LECTIO.

1892 variandi *S* post *v.* 1892 suffocat extinguit suffocat guttura stringit *add. S* 1894 ac] adque *P* 1895 varianda] breuianda *m. rec. superscr.* varianda *A* breuianda *S* 1896 ecce profor] ut profor aut *P* 1897 dempto *S* *v.* 1897 *om. A* 1898 o g produces *S Me* o g producis *P* roqusque rogoque *M* 1899 sermo logicus logicalia ourto *add. Io. Garl. (Ar) P* sermo hinc dicitur prologus (*l*) *add. ez* 1900 colit] colus *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1892 'occe': occare est erate inducta glebas confringere, Germ. 'eggen'. — 'suffoco': 'strangulo suffoco, exstinguo suffoco dicas' *Gruer. XV 65*. 'secundum quosdam suffoco potest componi a sub et focus, et tunc suffoco et suffocans et huiusmodi corripit fo, sicut focus; unde consuevit dici: "suffocat extinguit, suffocat guttura stringit" (vide *var. lect.*); sed non omnes recipiunt istam compositionem, unde Majister bene dicit, quod suffocat habet paenultimam tantum longam, quod nullus notabilis autor eam corripit; componitur enim ex sub et faux, et non ex sub et focus, ergo trutannicum (i. e. frivolum) est illud: "suffocat extinguit" etc. *Io. Ian. cf. Brev., Despaut. 551*. nibilominus illa derivatio ex 'foco' ideoque correptio retinetur etiam in *Fabri Thes.*, et testis adhibetur *Propert. IV 8, 84*: 'suffocat et pura limina tergit aqua', ubi nunc quidem legitur 'sullit' 1893 ex.: 'lodix rodo' 1894 'polysyllaba', ut 'hōdie ōdium'. 1895 'pōderis': 'tunica talaris, qua sacerdotes in veteri lege utebantur' *Albinus K. VII 3084* 'sacerdotalis linea corpori adstricta et usque ad pedes descendens, unde et nuncupata (sc. ex Graeco *ποδήρης*), quam vulgo camishum vocant' *Isid. etym. XIX 21*; cf. *Vulg. sap. XVIII 24 eccl. XXVII apoc. I 13 Io. Ian., Brev. Benth., Röscher 215*. de quantitate: 'talarem tunicam poderem censere memento' *Io. Ian., Brev.* 'quam poderis bis tineta rubet' etc. *Ys. III 1029* 'comuntur roseo candentia podere colla' *Fridegodus in St. Wilfrido cap. 11 ap. Du Cange* 'poderis male dicitur in Calapino corripit' *Despaut. 596* 1897 'prōfugio' prima producta nisi apud *Iuenc. III 476* inveniri non videtur 1898 'produces o g', ut 'cogo cogito'

solor, boletus, olim, coliphia, solus,
 polypus et stola, prolixus, coloque colas,
 sollemnis, sollers, quibus l duplex reperitur.
 o super m longam facies, ut comere, comis, 1905
 omentum; sed homo demas, stomachum vel omasum
 et comedo, dominus, domus et coma sive comaro
 et glomus et glomero, comes atque domo vel omitto
 et tomos atque vomo, sic quae componis ab illo,
 atque gomor. 1910

VARIA LECTIO.

1902 coliphia A2 colophia P colimphii vel colimphyu cett. codd. et e
 rr. 1903. 1904 *inverso ordine in SP* 1905 facies] facias S comere
 comis] comoque comis LA1 Aa domoque domis (!) A2 1907 et coma]
 uel coma M 1909 sic] et e2 illo] illis S e2 sic quae c. ab illo om. ei
 r. 1909 post r. 1910 colloc. LA1 Aa 1910 et gomor M et gomor atque
 comos (?) S et mensura gomor quod sacrum manna recepat Io. Garl.
 (Ar) P hemistich. om. e

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1902 'boletus', fungus ex optimis illis, qui esui sunt, nobis 'Cham-
 pignon'; cf. *Iuvenal. V 147 XIV 9 Martial. I 20, 2 III 45, 6 XI 31,*
13 XIII 50, 2 XIV 101, 1 all. II. 'coliphia' sive 'colyphia' *καλύφια*;
 'colilia dicuntur panes azimi et genus carniū, carnes assae et semicoctae,
 qui est victus athletarum' *Pap.* 'panis, qui post meridiem vel post primam
 laborantibus datur' *Osb. Pan. 95, Brev.* 'panis azimus in modum virilis
 membri factus, quo solebant uti agonistae, ut essent fortiores' *Hug., Io. Ian.,*
Brev.; cf. Iuvenal. II 53 Martial. VII 67, 12 'a colon, i. e. membrum,
 et iphi, robur, teste Domitio in Martial.' *Despaut. 554* 1903 'pōlypūs'
 prima producta et ultima correpta re vera apud Romanos usitatissima
 forma erat, ex *πόλυπος* dialecti Dorici pro *πολύπορος* orta; cf. *Ovid.*
met. IV 366 Horat. epod. 12, 5 sat. I 3, 40 Martial. XII 37, 2 (polyposus).
 vox autem significat et piscem et narium morbum, ut ex locis modo
 citatis elucet; sed medii aevi grammatici quantitate differentiam statuerunt
 hanc: 'polypus est piscis, polypus foeditio maris' *Gl. M., Graec. IX 235*
Io. Ian., Brev. — 'stōla': 'stola ad placitum, ut dicit Aeron' *Bebel.* 'stōla,
 contra Alexandrum, etiam si Porphyrius dicat variari' *Despaut. 553.* qd
 huius vocis significatione multum disseruit *Du Cange* 1906 'omentum',
 'membrana, quae continet intestinorum maiorem partem' *Pap., Io. Ian.;*
cf. Pers. II 47. — 'omasum', pars ventriculi bubuli crassior et opimior, Germ.
 'Rinderkaldauinen'; cf. *Horat. epist. I 15, 34* 1909 'tomos' (*τόμος*) = 'divisio'
Graec. VIII 318, Brev. 'etiam dicitur liber vel volumen propter multas
 divisiones et replicationes chartarum' *Io. Ian., Brev.* 1910 'gomor':
 'XV modiorum unus appenditur' *Isid. XII 26* 'mensura antiqua habens,

est super n brevis o nisi nonus zonaque, pono,
 et nonas pono; mono longam credo brevenque.
 si e d vel p praecedit, longa locatur.
 o p brevis, veluti sopor atque soporus, oportet
 atque propago; sed opilio popplysmaque demo, 1915
 vitis propago, sic sopio, populus arbor
 et tophus.
 opportunus et opperior tibi p duplicabunt.
 cum c praecit, longa, scopulus, cophinus, copos extra.

VARIA LECTIO.

1911 est brevis n super o S o super n brevis est A3 1912 mono]
 monos e 1915 demis SP M 1916 sic] vel A3 Me 1917 et tophus lapis S
 addicito (sic) tophus prolufa (?) ponito slophus (?) Io. Garl. (Ar) 1919 sco-
 pulos cophinum e

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

ut quidam putant, choenicos tres, id est sextarios; alii dicunt, quod sit
 paulo minus sextarius quinque, eo quod sit decima pars ophi' *Pap.*; cf.
Vulg. exod. XVI 16

1911 'est — o', ut 'moneo monile sono tono' 1912 'mono', i. e.
 ex 'mono' derivata vel composita secundum auctorem Doctrinalis, cui
Sulpitius alique grammatici recentiores astipulantur, primum syllabam
 indifferenter ponunt, de qua re dicit *Io. Ian.*: 'scias quod monas corripit
 primum in Anticlaudianis, ubi dicitur: "et monas et numeri de se
 parit unicas turbas"' (vide *Migne tom. 210 p. 515*); sed versus ille pro-
 ducit: "monade subtracta dicetur apocopa facta". 'hoc autem ideo contingit,
 quod non bene scitur Latinis natura vocabuli Graeci' etc. inscriptio in
 Ecclesia Mutinensi (vide *Du Cange*) haec habet: 'mille Dei carnis monos
 centum minus annis ista domus clari fundatur Geminiani'. 'mōnachus'
 legitur in *Ys. 145, 556, 639, 614, II 255, 336, 506, 685,* 'mōnomachia'
 in *Graec. VIII 201, 'mōnocus' ibid. VII 40* 1913 exempla: 'conor
 dono pono' 1915 'ōpilio' sive 'āpilio' est pastor ovium; cf. *Verg. eclog.*
X 19. — 'popysma' pro 'poppysma' (*πόπυσμα*): 'popisma dicitur extrema
 pars coitus, dum penes exit' *Pap.* 'vel semen quod emittitur in coitu, et
 hinc ponitur pro ipso coitu. Iuvenalis (VI 584): "praebere vati crebrum
 popisma roganti"' *Io. Ian., Brev.* 'emissio spermatis' *Gl. n.* 'quoddam crassum
 unguentum' *Osb. Pan. 173.* haec omnia ex falsa interpretatione *Iuvenalis*
 illius loci orta esse videntur, ubi 'poppysma' nihil aliud significat nisi
 linguae labiis collisae strepitum, in signum approbationis plaususque;
 simili, quamvis obscuro, sensu vocabulo usus est *Martialis VII 18, 11*
 (poppysmata omni) 1917 'tōphus' vel 'tōfus': 'lapis asperrimus' *Serv. in*
Verg. Georg. II 214. Germanis est 'Tufstein'. cf. *Io. Ian., Brev., Du Cange*
 1919 'cophinus' (*κόφινος*): 'est vas ex virgultis aptum mundare stercora
 et terram portare; de quo dicit psalmista: "manus eius in cophino ser-

o q corripitur; sed compositiva notentur.
 o super r brevis; excipitur flans corus et oris
 oroque cum coram vel thorax horaque, noram,
 eoralium, quorum, mos moris, morus et horum,
 Doriceus et sorex,
 et cum praevenit l aut r, producere debes.
 o super s longa; rosa demitur atque proseucha
 et dosis et prosa.
 ante t fit brevis o: totidem, quotus et noto testes.

1920

1925

VARIA LECTIO.

1920 notantur S 1922 oroque] que om. S. A. Me thorax] corax (!) e
 1923 eoralium L. A. 2 corallum A. 3 corallus S. P. e coralus M mos moris]
 moris mos P 1924 iunges cum doride corax add. Io. Garl. (Ar) iungo
 cum doride sorax (?) add. P capiat coniungere doris add. S 1926 proseu-
 ca add. et e 1927 et dosis et prosa l et dosis et p. fil (?) cum glosa
 eadem m. ser. vel sic: et prosa sive dosis sed prosa potest variari. quidam
 tamen volunt quod utrumque producat L et dosis et posui sed prosa
 potest variari Io. Garl. (Ar) S. P. Me, sic m. rec. corr. ex et dosis et prosa
 nota in m. g. addita: dicant quidam sed auctor non dicit A. 1 1928 ante te
 fit brevis o] o super (supra M) t brevis est S. P. Me ante t corripis o e2
 et] ac e aut M testes] testis P e

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

vierunt" Isid. etym. XX 9; cf. Pap., Io. Iun., Brev. in 'cophinos' collecta
 sunt fragmenta panum et piscium sec. Vulg. Matth. XIV 20; Iuvenalis
 III 13, VI 512 'cophino' designat corhem errantium illorum et mendi-
 cantium Iudaeorum. — 'cophos': 'incisio' Graec. VIII 84 'labor latine,
 et accentuatur in fine' Io. Iun. immo est lassitudo. (vox non est ap.
 Du Cange)

1920 ex.: 'loquor eōquo, quōquam quōquoversus' 1921 'eōrus' sive
 'caurus', occidentalis ventus; cf. Caes. b. Gall. V 7, 3 Verg. Georg. III 356
 1923 'eōralium': ap. Ovid. IV 750 X 416 et Lucr. II 805 'eōralium',
 ap. Auson. Mos. 69 'eōralium', ap. Sidon. II 110 'eōralium' legitur; Graece
 κωράλιον, κωράλιον, κωράλλιον 1925 ex.: 'lorum roro' 1926 'o s. s. l',
 ut 'glos glosa uos ros'. — 'proseucha': 'proseuca, domus pauperum' Gl. M,
 Gl. n. 'in qua elemosynas petunt' Pap., Io. Iun., Brev. 'parva domus'
 Osb. Pan. 170 'domus meretricum vel quaelibet officina' idem 180 cf. 327
 'fornix, prostibulum, genecia, turpido, lupanar; praedictis tegetem con-
 iungas atque proseuca' Io. Garl. 666. talem esse vocis significationem
 medi aevi homines ex illo Iuvenalis versu (III 296), ut opinor, conclude-
 bant: 'die ubi consistas, in qua te quæro proseucha?' in quo quidem versu
 'proseucha' metonymice significat locum, ubi orabant Iudaei; Graece
 προσειχή 1927 'prosa auctipitem habet, melius producat' Bebel.

et nota; sed deme dos dotis potoque, cotis,
 cotidie, totus, votum notumque notemus.
 produces etiam, si praesit consona bina;
 sed brevare ptotos et ab illo sumpta solemus
 atque protervus, item protos.

1930

o super u brevies; ovum, provincia demes,
 providus esto comes [proventus provenioque].

1935

Ante b fit brevis u: testis ruber est rubeusque.
 excipies tuber, rubigo, suber et uber
 et puber, pubes, et si b praevenit aut n.
 innuba corripies et pronuba sive bubuleus;
 nubo tamen longum, conubia ceu metra poseunt.

1940

VARIA LECTIO.

1929 deme] demis S. A. 3 e] potoque cotis] om. P 1930 cotidie] L. S. A. 1 A. 3 P
 cottidie A. 2 quotidie Me votum notumque] notum (!) notumque L notum
 uotumque A. 1 A. 2 P notus uotumque A. 3 1933 ut supra A. S. Me, sic, sed
 omisso item P hinc prothomartir habetur add. Io. Garl. (Ar) atque pro-
 tertus atque prothos et h' prothomartir L 1934 demis M 1935 [] incl.
 om. A. Me, add. Io. Garl. (Ar) L. P prouentus prouideo (!) m. rec., ut videtur,
 add. S 1936 ruber] rubus e ruber est] inbeo A. 2 1937 excipias P
 1938 pubes puber S 1940 et 1941 ceu] seu L. A. P (sic saepe)

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1930 'cotidie': 'quotidie primam in hexametro et elegiaco producit'
 Despaunt. 'quotidie ad placitum ponitur, melius tamen producat' Bebel.
 dictio haec, nisi forte 'cottidie' scribitur, primam correptam habet (est enim
 a 'quot'), secunda autem est longa. de scriptura cf. Charis. K. I 1932 Mar.
 Victorin. K. VI 132; vide etiam v. 2206 1931 ex.: 'Clōtho' 1932 'ptotos
 et ab illo sumpta', ut 'monoptotos aptotos' etc. a medi aevi grammaticis,
 sane contra naturam elementi Graeci, ubique corripiebantur. expresse dicit
 de hac re Io. Iun.: 'ptotos, quod est casus, componitur cum monos et dicitur
 monoptotos, i. e. unum casum habens, et corripit praenultimam'. cf. vv.
 412, 2449, 2486, 2600, Graec. VIII 263 1933 'protos' et ex eo composita,
 ut 'protomartyr protoplastus', adaeque corripiebantur: 'estque protos pri-
 mus, hinc protoplastus erit' Graec. VIII 256 'his protoplastorum sensum
 primordia sacra' etc. Ale. Avit. II 35 ed. Sirmond. 'septem primates sunt
 Anglis et protopatres' Goretin. ap. Du Cange 'quot testes divini operis
 protomartyr Agyrtes' Quint. Stoa sec. Despaunt. 563 1934 'o s. u. br.',
 ut 'ōvis ōvare nōvus nōvera' 1940 'conūbia': 'conubio iungam stabili
 propriamque dicabo' Verg. Aen. I 73; cf. id. l. c. VII 96 Ovid. met. VI
 428 Lucret. 1013 Catull. LXII, 37. sed talia per synizesin legenda sunt,
 ita ut vox trisyllaba fiat

ante e longa sit u, ceu duco, luceo, lucis;
deme lucerna, lucror et dux ducis atque ducenti,
et si praeponis n aut e vel r, breviabis.
ante d longa sit u, ceu trudo; deme rudentes
et pudet atque sudes, rudis atque rudes studeoque 1945
et cudo; sed rudo ponas ceu metra requirunt.
u raro ponis super f, nec eam breviabis.
u g produco; tugurique tamen memor esto.
f praeunte vel i vel p debes breviare;
fruges produces, et iugera mobile iungis 1950
et frugi.
u super l brevis; uligo demere debes.
g praeunte vel f aut m producere debes;
excipitur fulica, mulier, gula iungitur istis.
longa sit u super m: sic humanum dabo testem; 1955
hinc humus ac humerus, humilis, sumus excipimus.

VARIA LECTIO.

1943 prepones P^M 1945 rudes | L A₁ A₂ P trudes S^M strudes A₃
1946 sed | om. P et L ceu metra requirunt | seu metra poscunt m. rec.
seu corr. in sicut A₁ 1947 ponis | ponas A₁ 1950 producis S^Me 1951 cum
frugi P hemistich. om. Io. Gurl. (Ar) 1954 istis | illis A₁ S^Me 1956 hu-
milis humerus S^Pe excipietur M

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1943 ex.: 'nucis cucullus cucumis crucis' etc. 1945 'rudis atque
rudes', i. e. adiect. 'rudis' = imperitus et subst. 'rudis' = virga seu bacillus.
rudibus autem donabantur gladiatores, qui missi e ludo gladiatorio neces-
sitate in arena pugnandi solvebantur; cf. Cic. Philipp. II 30 Horat. epist. II 2
Ovid. amor. IX 22 Iuvenal. VI 111 Martial. sp. 29, 9 ('misit utrique rudes
et palmas Caesar utrique'), III 36, 10 1946 'cudo' prima corr. sine docu-
mento est. 'cudo et omnia eius composita . . . producent hanc syllabam
cu in omni tempore' Io. Iun. 'cudo producitur contra Alexandrum; in
Virgilii georg. IV (328) et in Aen. VIII menda est: 'excederat scilicet
pro extuderat, ut notavit Badius' Despons. 566. — 'rudo': 'rudere, quod pro-
prie est asinorum, Persius produxit solus dicens sat. III 9: 'finditur: Arcad-
iae pecuaria rudere credas'. ceteri corripunt; cf. Ovid. Fast. VI 342
art. am. III 290 Verg. georg. III 374 Aen. VIII 248 1947 ex.: 'būfo rufus'
1948 'tūguri' pro 'tugurii' a 'tegendo' ap. Verg. ecl. I 68 1949 ex.:
'fūgio, iūgum pūgil' 1952 'u s. l. br.', ut 'cūlex cūlina ululo'. — 'ūligo',
quia pro 'uviligo' ex 'uveo (uvidus)' est; cf. Verg. georg. II 184 1953 ex.:
'gūlio fūligo mūlus' 1954 'fulica', avis marina et stagnensis; cf. Verg.
georg. I 363 Ovid. met. VIII 625

si praeit n aut c vol t, debes breviarē;
numen produco, struamque simul sociabo
ac humor.

u super n longa; cuneum tunicamque retracta. 1960
u p corripitur; sed Iupiter excipitur
cupaque cum stupa.

n praeunte, vel r vel p producere debes;
sed pupulam varies [pupillum protrahè tantum].
u producatur super r; nurus excipitur
et furit, adijunges muriam simul atque curules.

*longa sit u super s; sed deme susurro, pusillum.
u t producunt disyllaba; sed puto deme,
putris, uti, cutis atque frutex, uter utra lutumque.
quae polysyllabala sunt cum prole sua breviantur.*

VARIA LECTIO.

1957 c vel t t u e l e S e 1958 sociabo | sociando L 1959 om. Io. Garl.
(Ar) S P e 1962 sociabitur upupa (hupupa e2) longa add. Io. Garl. (Ar)
S P e2 1963 aut p e 1964 sed pupillam (l) varios L A2 pupillam
(pupulam) varies; P M e pupulam varies m. rec. antepos. sed A1 {} incl.
add. Io. Garl. (Ar), m. rec. add. A1, habent L S A3 P post. v. 1964 pro
fructu pupula pars pupula fertur ocelli add. Io. Garl. (Ar) 1966 adi-
ungis L A2 adiungas S 1967 demo S 1970 breuiabis S P M e

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1957 ex.: 'nūmerus cūmulus tūmulus' 1958 'strāma' = guttur tumidum; cf. *Iuvenal. XIII* 162 1960 'u s. n. l.', ut 'ōnus fānis fānus cōnae' 1961 'u p. c.', ut 'stūpor lūpus' 1962 'cāpa' vel 'cuppa' idem est quod 'dolium', Germ. 'Kufe'; cf. *Lucan. IV* 420. de scriptura dicit *Despaut.* 'cupa unico p teste Nebrissensi, olim dicebatur caupa; hinc caupo cauponi'. vide *Calepinum* et interpretes Lucani'. — 'stūpa' sive 'stuppa' (στύπη, στύπη) ost. crassi lini purgamentum, Germ. 'Werg'; cf. *Verg. Aen. II* 236 *V* 682 *VIII* 694 *Caes. b. c. III* 101 1963 ex.: 'nuper rupes pupa' 1964 'pupula indifferens' *Bebel.* 'contra alios dicas tantum produci' *Despaut.* cf. var. lect. 1965 'u p. s. r', ut 'murus durus purus' 1966 'mūria': 'faex olei' *Gl. L, Gl. M, Gl. n., Io. Ian., Osb. Pan. 363* 'aqua salsa pro liquamine' *Acron in Horat. sat. II* 4, 65 'aqua sale commixta quasi maris' *Pap.* est genus liquaminis vilissimum, quod ex piscibus maxime tynnīs conficiebatur; cf. *Martial. XIII* 103 *Pers. VI* 20 1967 'l. f. u. s. s', ut 'mūsa ūsus fūsiō|pūsiō' 1968 'u t. p. d.', ut 'tātus mātus pātor sūtōr' etc. 'pūto', i. e. et 'pūrgo' et 'opīnor' sive 'aestīmo' 1969 'ūti', i. e. adv. et coniunctio 1970 ex.: 'mūtīlis pūteus rūtīlus'

mutuus excipitur et mutuo, glutio, putet,
 inutilis addatur cum futio, longus habetur
 utilis ac utor; uterus bene non sapit utrem.
 u super u solum produc; dant cetera curtam.

A brevis in mediis datur ante b: syllaba testis. 1975
 si bilis a sequitur, ut amabilis, excipiat,
 et laetabundus formamque parem sociamus;
 quae facies in ulum iunges: venabula testes.
 ante c fit brevis a; demantur opaca, cloaca;
 quod dat ulum iunges; obliquos addere debes, 1980
 sed nunquam mediis suberunt disyllaba normis.
 ante d corripis a, velut Hellada; demo cicadam.
 a super f brevis est: colaphus testis tibi fiat.
 ante g longa fit a; sed nomina deme secundae:
 sic pelagus ponis; his Abdenago sociabis. 1985

VARIA LECTIO.

1971 mutuo] *L A₂ A₃ P* mutilo (!) *A₁* mutio *codd. et e* 1972 ad-
 delur *A₃* 1973 ac] ex *SP* 1976 a sequitur] insequitur *A₁* 1978 quae]
 quod *M* testes] testis *LS A₁ A₃ Me* quae faciunt in ulum cum casibus addere
 debes *P* quae facies in ulum sit tibi venabula testis *e* 1979 dematur *LS A₂ A₃*
 1980 iunges] signes *e* addere] iungere] *L A₁ A₂* quod dat ulum iunges
 produc acis genituo *P* post v. 1980 et traca *add. P* 1981 suberunt]
 subeunt *e* 1982 corripis a] corripies *e* Hellada] elada *codd. oxada (!)*
e cicadam] cicada *S* cycada *A₃* cicladam (!) *A₂* 1983 brevis est] brevis *M*
 breuias *PS* fiat] fiet *M* colafus fiat tibi testis *A₃* colafum testem tibi
 sumas *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1972 'fütio' *Prisc. I 1312b.* unde 'ellütio', i. e. inconsiderate elo-
 quor 1973 'uterus b. n. s. utrem', i. e. non sequitur suum primum,
 quia corripit, licet derivetur ab 'üter ütiris'. cf. *Exc. ex Charis K. I 540is.*
 de quantitate autem posterioris vocalae dicit *Despaut. 571*: 'dubium est
 de uter substantivo tertiae declinationis. Nebrissensis, cui suffragor, credit
 corripit, quia uterus hinc deductum corripitur' 1974 ex.: 'üva üvidus'; sed
 'flüvia plüvia' 1979 'ante c f. br. a', ut 'psittäcus Syriäcus aläcer' 1980 ex.:
 'conäculum spectäculum; loquäcis voräcis' 1981 ex.: 'päcis fäcis'
 1982 'Hellada, ae' declinatur in *Vulg. Muchab. I 8*: 'qui orant apud Holla-
 dam' etc. 1983 'colaphus' (*κόλαφος*) = *alapa*; cf. *Iuvenal. IX 5* 1984 ex.:
 'imägo propägo vorögo'; sed 'asparägus onäger' 1985 'Abdenago lingua
 Chaldaea interpretatur serviens tacco' *Pap., Io. Ian.* 'et accentuantur in
 fine' *Io. Ian., Brev.* cf. *Sulpit., Despaut.* 'erat unus de tribus pueris, qui
 fuerunt in camino ignis' *Brev.*

a super l brevias, velut Italus; excipias, quae
tertia declinat: hoc australis manifestat.

prode in neutris obliquos: ecce toralis.

Ascalon esto brevis, superadditur Absalon illi.

Italides et Tantalides sua curtat origo.

1990

in subeunte brevis datur a, thalamusque probabit.

quae faciunt amen, produces et thymiana.

a super n brevis, ut elibanus; tamen excipis illa,

quae declinabit tibi tertia, sicut inanis.

vocali iuncta producit, ut Matiana,

1995

derivata simul, nomen gentile locique;

VARIA LECTIO.

1986 brevias] brevis *M* excipias quae] excipis hoc que *SPe*
1989 supra]dditur] simul additur *M* illi] istis *PMe* absalon (l) esto
brevis superadditur ascalon (l) istis *S* 1990 et] uel *M* 1991 datur]
erit *SPe* 1992 produces et] producis ut *SP* thymiana] timiamen *Se*
timiana *cett. codd.* 1995 maciana *L ASP* mathiana *M vv.* 1995. 1996 in-
verso ordine in *As*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1989 'Absalon patris pax interpretatur, eo quod adversus
patrem bellum gessit, per antiphrasin' *Pap., Io. Ian.* 'Abesalom,
dictio tetrasyllaba, non Absalon' *Despaut.* 1992 'āmen', ut 'examen
forāmen'. — 'thymiana, mātis': 'a timus' (i. e. 'thymus', Germ.
'Thymian'; cf. v. 1856) 'dicitur hoc tymiana, quaedam herba vel species
aromatica, qua in quibusdam locis utuntur loco incensi' *Hug., Io. Ian.*
'thymiana teste Sulpitio scribitur cum y, ut thymum, unde fit' *Despaut.* 578.
haec falsa derivatione, quam iam *Isid. etym.* IV 12 secutus est, — est
enim *ῥυμία*, a *ῥίω* — forte effectum est, ut prima vocis syllaba a medii
aevi poetis corripere, ut a *Petro Riga in Aurora*: 'ex quo spirat odor
et timiana frequens', et ab *Eyb. L. I* 1767: 'sola pii redolent Domino
timiamata cordis'. cf. etiam *Graec. VIII* 316. vocabulum saepe occurrit
in *Vulg. exodo*, ubi (*cap. XXX*) Dominus Moysi compositionem thymia-
matis specialissime praescripsit 1993 'elibanus, fornax, a clivo scilicet
dictus, ab eo, quod in erectione sit collectus' *Isid. etym.* XV 6; cf. *Io. Ian.,*
Brev. 'elibanus ardens intrinsecus conscientia impietatis significat' *Pap.*
'elibanus fumans' sive 'succensus' *Vulg. genes. XV* 17 *Ose VII*; cf. *Matth.*
VI 30 *all. II* 1995 'Matiana, poma silvestria' *Gl. M., Gl. n.* 'vel Daciaca
vel Caesariana' *Gl. ap. Thurot. p. 131* 'poma acerba' *Glossar. s. XIII ap.*
Du Cange. a Matio quodam, qui scripsit de arte coquendi, sic dicta sunt;
cf. *Georges.* 1996 ex.: 'montanus Romanus'

sed Libanum brevis; sit aranea iuncta balano.
 produc obliquos, et compositiva notato;
 istis Vulcanum cum Gargano superaddes.
 ante p fit brevis a; sed deme Priape, sinapis. 2000
 a super r brevis, ut barbarus; hinc zodoara
 excipe, quaeque vides derivari manifeste.
 quidam denarium breviant. non primitiales
 obliquos produc; iubaris vel Caesaris educ.
 compositiva notes et nectaris, asparis atque 2005
 bostaris.
 a super s brevis est, ut carbasus; excipias, quae
 derivata palam cognoscis, sicut agaso.
 longis Parnasum iunges, sociabis omasum.
 ante t corripis a, sicut cyathus; tamen inde 2010

VARIA LECTIO.

cc. 1998. 1999 *inverso ordine in P.M.* 1999 istis] hisdem *Me* super-
 addes] superaddas *Ab* hiis cum vulcano bene graganum (!) superaddis *S*
 2000 ante p fit brevis a] a super p brevis est *P.Me* a supra p brevis *S*
post c. 2000 et messapus equum domitor *add. S* 2001 brevis *M* zodoara
At Ab 2007 excipies *S* 2008 cognosces *Me* 2010 ciatus *codd.* cyathus *e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

1997 'balānus': omnes glosae una excerpta vocem interpretantur
 'unguentum quoddam' (sc. ex balano, nucē quadam, factum). sed hac
 significatione medium semper brevem habet; cf. *Horat. carm.* III 29, 4
Pers. IX 37 *Martial.* XIX 57, 2. in *cod. M* superscriptum est 'mons'.
Desput. dicit: 'Balanus, viri proprium, adiecitur longis a Bebelio' (equidem
 nihil horum invenio in *Bebelio*) 1998 ex.: 'Titānis, insānus' 2000 'ante
 p f. br. n', ut 'alāpa' 2001 'zodoara iungitur a Sulpitio, quia Macer producit'
Desput. 581 'zodoara' vel 'zedoara' est 'species aromatica' *Gl. ap. Thurot.*
p. 437 'vulgariter citouat' *Gl. ap. Du Cange* 'animal' (!) (fortasse 'arbor')
 suavem habens odorem' *Gl. n.* 2002 ex.: 'avarus scholaris consularis'
 2003 'quidam denarium breviant', immo vocabulum per synizesin trisylla-
 lum efficiunt, sicut 'conubium' v. 1940; cf. *Martial.* I 117, 17. IX 100, 1
 2003 sq. 'n. p. obl. pr.', ut calcēris torculāris' 2005 'comp. n.', ut 'com-
 paris disparis' 2005 sqq. de vocabulis 'aspar' et 'bostar' cf. adn. ad
 v. 131, de voce 'carbasus' adn. ad v. 374, de 'omaso' adn. ad v. 1906
 2010 'cyathus' *κύαθος*, idem, quod 'scyphus' (v. 1847). etiam mensuram
 quandam significat; cf. *Horat. carm.* I 29, 8 III 8, 13 III 19, 12 sat. I 1, 55
Martial. I 71, I XIII 51, 21 IX 93, I X 66, 5 all. II.

excipies voces, quas derivabis aperte.
 quae fiunt in tes sociabis, sicut achates.
 iungit nomen in as obliquos: sic probat abbas;
 corripies alios.

longa fit a super u: tibi sit pro teste cadaver; 2015
 compositiva notes.

Ante b longa fit e: fiat tibi testis ephēbus;
 deficit hic Erebus, Hesebon, simul et terebinthus,
 additur elleborus.

ante c longa fit e; Senecam tamen excipis inde. 2020
 ante d produces e; sed tamen esseda demo;
 Melchisedech socias et nomina, quae facis in da.
 pes dat edis cum compositis.

VARIA LECTIO.

2011 excipias *A₂Pe* voces excipias que derivantur aperte *M* 2012 quae
 fiunt in tes] que faciunt ates *M* post v. 2012 excipias Socrates *add. e*
 2014 obliquos *add. P* sunt scemata stemata testes *add. S, m. rec. add. A₁*
 sunt themata scemata testes *add. A₃* sunt scemata zeumata (ceumata *e*)
 testes *add. Me!* 2016 uelut grauis (!) tibi testis sunt abauos (!) altauus
 memores tibi compositiva *add. S* 2017 ephēbus] ephēbe *S_{A2} e* testis
 tibi fiat ephēbe *P* testis tibi fiet ephēbe *M* 2018 hic] hinc *A₁ A₂ Me*
 2019 cerebrum terebrumque cum illis *add. L* 2021 producis *P A₃ e* demis
P A₂ A₃ e, om. S 2022 socias] breuias *A₃* socia *P Me* 2023 cum compositis
om. P simul amīatis (?) *add. L* comedo quoque talis *add. M* quod
 compe de prestat *add. Io. Garl. (Ar)* hemist. quadrupes det edis in *e*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2011 ex.: 'amatus amator' 2012 'achates': 'genus est lapidis,
 quem si quis portaverit, erit graciosus. item Achates dicitur fuisse
 comes Aeneae' *Io. Ian., Brev.* 2013 'abbas, ātis': 'pater monachorum;
 nam abba pater syriace' *Pap.*; cf. *Ys. I 201, Io. Ian., Brev.* Despauterius
 cum *Georgio Valla* vocabulum primae declinationis esse censet 2014 ex.:
 'poemātis themātis' 2016 ex.: 'abāvus atāvus' 2018 'Hesēbon': 'Esebon,
 cogitatio sive vinculum mœroris' *Isid. etym. VII 6, Pap., Io. Ian.* 'ac-
 centuatur in fine' *Io. Ian.* vox invenitur *Vulg. Ierem. XLVIII 34*
 2020 sq. ex.: 'γερῶεις putrēdo'. — 'essēda': 'essedam est currus, in quo
 claudi portantur' *Gl. n.* proprie est genus vehiculi Gallici et Britannici,
 ex quo illae gentes pugnabant (cf. *Caes. bell. Gall. IV 33 Tacit. Agric. 12*),
 quo genere postea Romani uti sunt tanquam curru viatorio (cf. *Ovid. ex*
Pont. II 10, 33 Mart. I 104, 8 IV 64, 19 V 104, 7 VII 24, 2) 2022 'in
 da', ut 'Andromeda'

e super f dabitur brevis: hinc elephas breviatur.
 e g corripimus; sed abest tristega, Cethegus. 2025
 e super l dabimus longam: patet ecce phaselus.
 Abimelech remove; debet brevis angelus esse.
 e super m longa; vohemens heremusque retracta;
 additur his hiemis, Alemannia, Getsemanique.
 longa fit e supor n; Helenam tamen hinc Helenumque 2030
 et iuvenes, Asenech, ebenus debes remove.
 ante p rara fit e, moneo tamen hanc beviare;
 excipe praesepe.

VARIA LECTIO.

2024 hic elephas sociatur S huic elefas sociatur P 2025 ante g
 corripis e e 2026 longam dabimus Az As M patet] probat e 2029 Getse-
 manique] Me gessimanique PS iessemanique cett. codd. 2031 et] cum S
 2033 cuius penultima longa add. Io. Garl. (Ar) M

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2025 'e g corr.', ut 'elégans elégia'. — 'tristega, orum': 'caenacula
 et tristega facies in ea' (sc. arca) *Valg. gen. VI 16* 'tricamerata, a
 terno tegmine vel tribus tectis' *Pap.* 'locus tricameratus' *Io. Ian., Gl. n.*
 cf. *Osb. Pan. 591 Du Cange.* utrum 'tristega' an eum *Alexandro*, quem
Sulpit. secutus est, 'tristoga' (a 'tego', unde etiam 'tégula') pronuntiandum
 sit, multum disputat *Io. Ian.*, qui etiam versum Doctrinalis affert. sed vox
 est Graecae originis. *ἱπιστήνα*, et proprie significant cubiculum superius, ut
 in *Valg. l. c.*, tametsi saepe pro quovis alio loco aedificii usurpatur. cf.
Du Cange 2028 'e s. m l', ut 'racemus Polyphēmus'. — 'herēmus' *Ys.*
VI 572 Sulpit. 'herēmita' *Ys. IV 141, 142, 147, 176, 181 Egb. l. I 952*
II 562 Sulpit. 'ab herco dicitur heremus per contrarium, quod nun-
 quam vel raro fit ibi mansio, et corripit re; sed heremus, vōrbum primae
 pers. pl. n., producit re' *Io. Ian.*; cf. *Osb. Pan. 269 Brev. Benth.* 'arravit
 Prudentius in Psychomachia dicens: "excidit ergo animis eremi sitis", et
 Maphes in Antoniade: "expediam primamque erorum primosque recessus",
 et hymnographus: "praepotens martyr eremique cultor" *Despaut. 591*
 'heremum per h scribimus' *Orth. Bern. ap. K. Suppl. 294* 'heremus generis
 feminini' *De dub. nom. K. V 580z Brev. Benth.* 'heremus est invia soli-
 tudo, ubi nunquam habitatum est; sed desertum, ubi aliquando habitatum
 est et nunc derelictum est' *Pap., Io. Ian., Brev. Benth.* 2029 'Gesse-
 mani interpretatur villa pinguissima' *Pap., Io. Ian.* 'et acuitur in fine'
Io. Ian. 'Gethsemani Christiani in penultima et antepenultima cor-
 ripiunt' *Despaut. 591* 2030 'l. f. e s. n', ut 'Camēna' 2031 'Aēnoch,
 ruina vel praecipitatio, seu factura dedicans, aut plasmatione aedificans'
Bibl. lat. a. 1486 2032 ex.: 'edépol'

r subeunte brevis datur e; tamen excipies rus
 in propriis, sicut Qualterus, et adde statera 2035
 et derivatum, quod rus tibi terminat in rum:
 ex hoc austerus producit atque galerus.
 Cerberus esto brevis; sunt longa Megalera, Chimalera.
 infera cum superis, iterum brevis utrumque
 et pateram. 2040
 pantheramque morans crateram iungis, Iberum.
 corripis obliquos alios; varia mulierum,

VARIA LECTIO.

2034 datur brevis e S 2035 waltherus P galtefus cell. codd. statera]
 stateram M 2036 tibi terminat in rum LA₂ A₃ in rum m. rec. corr. aut
 rum A₁ se terminat aut rum S determinat aut rum P M e 2038 sunt]
 fit S, om. P Megalera Chimalera] machera chimera PA₂ chimera ma-
 chora A₃ schimera megera S v. 2040 om. A₂, post v. 2041 colloc. L pateris
 discerne patere docere add. Io. Garl. (Ar) P 2041 crateram iungis]
 craterum dicis P Iberum] hyberum LA₃ PM hiberum S yberum A₁
 2042 varia mulierum] varias mulieris S varia mulierem A₃ M produceque
 chimeram P

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2034 ex.: 'camēra humērus' 2035 'libra, statera; stater est quod
 libratur in ipsa' *Graec. XII 129* 2037 'galērus': 'pilleus ex polle caesae
 hostiae factus' *Pap., Io. Ian.*; sic etiam *Isid. etym. XIX 30*, qui quidem
 scripsit galerum. erat capitis tegumentum non solum pontificum et gla-
 diatorum, sed etiam mulierum, sc. meretricum. cf. *Iuvenal. VI 120* 2041 'era-
 tēra' fem. gen. est idem quod 'crater' masc. gen.: 'Latine haec oratera dicitur'
Serv. in Verg. Aen. I 724. cf. *Isid. etym. XX 5 Despaut. 471 Neue I 323*
 2042 'corr. obl. al.', ut 'verbēris careēris'. — 'mulierum': 'mulier producit paenul-
 timam in obliquis; unde Statius (immo *Lucretius lib. IV*): "si qua deum
 soboles, si qua mulieris origo" *Io. Ian., Brev.* 'hoc etiam comprobatur communis
 usus, qui aemulandus est. sed videtur, quod corripit paenultimam, quia, ut
 dicit Priscianus in maiore, omnia Latina desinentia in er, si crescent in geni-
 tivo, corripiunt paenultimam in obliquis. sed dico, quod Priscianus excipit
 illud nomen mulier in libro de accentu a regula illa generali, et hoc com-
 muniter tenetur' *Io. Ian.* profecto in quibusdam manu scriptis *Prisciani*
 libri, qui dicitur *de accentibus* (vide *Hertzii edit. 523²⁹ app. crit.*), legitur:
 'haec omnia et similia' (er finita nomina) 'in obliquis corripiuntur excepto
 haec mulier, huius mulieris'. porro praescribitur in *Quaest. gram. cod.*
Bern. K. Suppl. CIII: 'mulierem in antepaenultimo nemo debet acuere,
 sed in paenultimo tantum, ut calefacit. similia dicit *Abbo Floriacensis*

cumque rium sequitur, usu vario reperitur.
 e super s brevis tollens divina mathesis.
 ad placitum pones phrenesim.
 t subeunte datur e longa; sed excipis haec, quae
 tertia declinat; iungetur eis amethystus.
 obliquos brevis; Agnetis demere debes.
 longis utere locuplete, lebetes, quiete
 et magnete simul; temetum brevire solemus.
 e super u rara; fiet tamen haec tibi longa.

2045

2050

VARIA LECTIO.

2044 brevis tollens brevis est tolles *As* brevis excipitur *SPMe*
 2045 pones frenesim *L* frenesim pones *SAz* frenesis pones *A1* frenesis
 ponis *AsP* megalesia longes *add. Io. Garl. (Ar)* ad placitum frenesis est
 excipiendi poesis *M, item, om.* tamen est ei, ponis (!) pro est *e2* 2047 iun-
 getur] iungatur *Me* iungos et *P* eis] ei *SAzPMe* amethystus *codd. et e*
 2050 temetum brevire solemus] *om. P* brevire *m. rec. superser.* vari-
 are *A1A2* 2051 stat *SA1A2P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

ap. *Aug. Mai. Tom. V* 333. in *Gl. M* hic sane obscenus versus est: 'si
 culum quaeris servare tunc mulieris, numquam tutus eris, nisi desuper
 hospitalaris'. auctor Doctrinalis obliquorum casuum paenultimam ubique
 produxit; vide vv. 501, 570, 1143, 1475. idem *Sulpit. et Man.* docent afferentes
 versum illum *Lucretii* (vide supra.) in quo tamen legendum est muliebris'.

2043 ex.: 'Glycērium ministerium, mysterium nicetērium' 2044 'o s. s
 br.', ut 'Lachēsis'. -- 'divina mathēsis', vide adn. ad v. 1702 2045 phrenēsis:
 'phrenesis indifferens habetur' *Sulpit., Bebel.* paenultimam, sane contra natu-
 ram elementi Graeci (*φρενησις*), corripuerunt *Prudent. Hamart v. 125*: 'imo
 haec attoniti phrenesis manifesta cerebri', et *Serenus Sammon. de med. praec.*
c. 8: 'ex vitio cerebri phrenesis furiosa movetur'. cf. v. 1798 2046 sq. ex.:
 'facētus, merētrix' 2048 'obl. br.', ut segētis terētis interpretētis' 2049 'lebes,
 ēlis' (*λεβης*): 'olla aerea' *Sere. in Verg. Aen. III* 466 'vas coquinae'
Gl. M; cf. *Vulg. reg. I* 2, 14 *Isid. etym. XXII* 8 Ys. *VII* 357 'vas lapi-
 deum, quod dicitur lenezo' *Io. Ian.*; cf. *Brev.* 2050 temetum: 'vina
 Falerna, merum, temetum, Bacchusque, Lyaeus' *incert. auct. ap. Io. Ian. et*
in Brev. 'ubicunque insitatas, nova flumina temeti' etc. *Muret. in Galliam-*
bo ad Baccam. 'hoc circumsaltante choro temulentus adulter' *Prud. c.*
Symn. I 135. cf. *Gracc. VI* 99. derivabant enim hanc priscam vocem a
 'teneo' vel 'tento', 'quia teneat (tentat) mentem' *Pap., Io. Ian., Brev., Man.,*
Despaut. 'temetum ad placitum ponunt' *Bebel.* 'variatur' *Despaut.* pri-
 ores duas syllabas producendas esse *Horat. epist. II* 2, 163 et *Iuvenal.*
XI 25 satis docent 2051 ex.: 'consuevi'

Ante b fit brevis i; sed compositiva notabis.
 quae dat quarta, solent variari possibilisque.
 i e sequente brevis; dematur aprieus, amicus,
 additur his umbilicus, formica, pudicus
 et cum lorica lectica, myrica, Caicus.
 istis mendicus cum vesica sociamus
 ac urtica simul et quae post format et ante.
 in propriis icus producitur, ut Fredericus.
 longa fit icis ab ix: exemplum dat tibi felix;
 sed mas solus icis, sicut calicis, breviabit.
 iunges cum filice salicem; pernix dabit icis
 a pernitor, icis a perneco sic variabis.

2055

2060

VARIA LECTIO.

2052 sed componentia; signes *SPMe* 2054 amicus aprieus *Me*
 2056 lectica lorica *Me* murica *PMe* mirica *cett. codd.* 2058 ac] et *SMe*
 est *P* post v. 2058 atque pericula *add. S* 2059 federicus *LA1* et fri-
 dericus *SAzA2P* fredericus *Me2* 2060 dat] sit *PAsMe* 2063 pernitor]
 pernicor *codd.* variabilis] breuiabilis *PS*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2052 ex.: 'vestibulum; praelibo' cibito docibilis credibilis' 2053 'quae
 dat quarta' etc., i. e. derivata a verbis quartae coniugationis, ut 'audibilis',
 antepenultimam indifferenter ponunt. quae quidem derivata secundum
Prisc. I 132 sq. eam tantum corripunt, acque ac nascentia ex verbis se-
 cundae et tertiae coniugationis. attamen dicit *Apuleius Met. I*: 'nihil impossi-
 bile arbitror', adiectivum 'possibilis' producendum esse cum *Alexandro* docet
 etiam *Sulpit.* 2054 'i e seq. br.', ut 'angelicus rusticus' 2056 'myrica' vel
 'myrice' (*μυρίκη*) = tamarix arbor; cf. *Verg. ecl. VI* 2 *Ovid. metam. X* 97
art. am. I 747 *III* 691 *Vulg. Ierem. XVII* 6 *XLVIII* 5 2057 'vesica'
 = *κύστις*, Germ. 'Blase', maxime 'Harnblase'; cf. *Horat. sat. I* 8, 46 *Iuvenal.*
I 39 *VI* 64; pro tegumento capillorum ap. *Martial. VIII* 33, 19; pro
 tumore orationis ap. *euand. XI* 49, 7 2058 'quae post format et ante',
 sc. 'posticus' et 'anticus': 'augures designabant spolia lituo et eis dant
 nomina, ut prima pars dicatur antica, posterior postica' *Sere. in Verg.*
ecl. IX 15. est quoque 'posticum' nom. subst. 'postico falle clientem'
Horat. epist. I 5, 31 2062 sq. 'pernix icis' et 'pernix icis': 'pernix
 aliquando pro dampnosus, et tunc habet mediam genitivi syllabam brevem;
 quando vero pro ceter dicitur, tunc habet longam' *Osb. Pan. 468.* idem
 docet *Henrichm.* 'pro pernice citum, pro pernice dico nocivum; pernitor
 primum, perneco dat. reliquum. qui necat est pernix, festinat currere
 pernix' *incert. auct. ap. Io. Ian. et in Brev. cf. Gracc. XIII* 33 sq. 'Icarus
 ad caelum tendit pernicibus alis, et possem melius dicere pernicibus' *Gl. M.*
 iidem vv. in *Gracc. XIII* 37 sq. 'plurimi dicunt, etiam Servius, si recte

masticem produc et Phoenicem, breviando
 quod dedit ex nisi Iodicis; bombex dabit ycis. 2065
 i d corripitur, sicut cupidus; sed Abydus
 excipies et quae trisyllaba ponis in ides;
 hisque Coroniden veteres iungi voluere.
 produces ido, sicut formido, cupido;
 cum desideriis addes desidero longis. 2070
 pone duas primas Davidis, sicut metra poscunt.
 perfidus infidusque fides fidoque probabunt.
 i super f ponis raro, sed eam breviabis.
 i dabo prae g brevem; sed quae facis in ga vel in go,
 demis, ut auriga, caligo; sed brevianda 2075
 quaedam composita; tibi sint caligae sociandae.
 i super l breuias, solum tamen excipe neutrum,
 cum facies ile; quae sunt a nomine iunges,
 sicut Quintilis; brevis est humilis parilisque,

VARIA LECTIO.

2064 fenicem *codd.* 2065 dedit| dabit *Me* 2066 i d corripitur|
 d tibi corripit i *P* d tibi corripitur (!) i *S* ante d corripis i *Me* Abydus|
 abidus *codd.* 2070 desidero| *LPA*s considero *cett. codd. et e* 2072 per-
 fidus| prouidus *S* probabunt| probantur *SA*₁ 2073 raro ponis *Me*
 2074 ga *etc.* go| go *etc.* ga *PA*₂ 2075 breuiando *L* 2076 sint| sunt
*SA*₁ *Me* sociandae| socianda *SM*_e 2077 breuias *Me*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES

memini, pernix aliquando significare perniciosum ac nocivum, a perneco,
 et tunc uiunt paenultimam in obliquis corripit. id puto esse falsum, donec
 ex vetere poeta probetur correptio' *Despaut.* 474

2064 'mastix, masticeis', cf. vv. 211. 691 c. adn. 2065 'Iodox, reis', cf. v. 210
 c. adn. — 'bombex', cf. v. 2095. v. 212 vulgaris forma 'bombyx' ('bombyx')
 legitur, quam etiam *Isid. etym.* XII 5 et *Io. Ian.* habent. 2067 'trisyllaba
 p. in ides', ut 'Atrides' 2068 'Cōrōnides' = Aesculapius; cf. *Ovid. met.* XV
 624 2071 Dīuīdis: 'talīa Davidicam post lacta reliquorāt 'urbem' *Sedul.*
in Matth. XXI 'eur ego, Davidicis adsuetus cantibus, odas' *eto. idem in*
exord. 'iam flos subit Davidicus, radice Jessae editus' *Prud. hymn. Epiph.* 49
 'Israel es tu rex Davidis et inclyta proles' *incert. auct. ap. Io. Ian.*
 2073 ex.: 'magnificus' 2074 'i d. p. g brevem', ut 'mīlīgo prodīgo'
 2075 sq. 'sed br. quaed. comp.', ut 'dīlīgo erīgo' 2077 'i s. l breuias', ut
 'agilis habilis'

dapsilis et pestilens et nubilus, additur istis 2080
 exilis longum, subtilis, Aprilis, asylum.
 i brevis est super m; tamen excipitur opimus,
 cum quo sublimis; sed compositiva notabis.
 zyma puto longum; tamen azymus est breviandum;
 et derivatum de quarta sit tibi longum. 2085
 i super n brevia; tamen hinc festino, caminus
 excipitur, propriaque simul iunges et Erīnys.
 iungas cuminium, catinum sive salinum
 et derivatum: tibi sit pro teste Quirinus,
 pina superque dabunt tibi longa propino, supina; 2090

VARIA LECTIO.

2080 nubilus] nubilus *SP Me* 2081 longum] longa *P* longam (!) *S*
 asylum] asilum *codd.* 2082 brevis est] brevis *Me* excipitur] excipiemus *Me*
 2083 sublimis *P* et compositiva notamus *Me* 2084 zyma et azimus
codd. 2086 brevia] brevis *S* brevis est *P Me* 2087 excipies *M* ex-
 cipias *e* propriumque *S* iungas *P* et] ut *L* herinis *codd.* 2088 iunges
*A*₂ iungere *S* iunge catinum sicque cuminium deinde salinum *P* *rv.* 2088.
 2089 *inverso ordine in P Me* 2090 propina *A*₃ *rv.* 2090. 2091 *inv. ord. in Se*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2080 'dapsilis', (Graece *δαψιλης*), 'largus vel qui satis erogat dapes'
Pap.; cf. *Io. Ian.* Plantas imprimis hac voce usus est 2082 'i br.
 e. s. m', ut 'animus' 2084 'zymā, azȳmus': 'azimus, non fermentatus
 panis' *Isid. etym. XX 2 Pap.* cf. *Vulg. exod. XII 8* 'azimus corripit zi; unde
 in Aurora (*Petri Riquae*): "azima mandatu (sic) septem comedenda die-
 bus" *Io. Ian.* cf. *Graec. VIII 337, Sulpit.* est Graecis *ἄζυμος, α ζύμη*
 2585 'derivatum a quarta', sc. coniugatione, ut 'munimen fulemen'
 2086 'i. s. n brevia', ut 'dominus' 2087 'propria', sc. nomina, ut 'Mar-
 tinus' 2088 'cuminum' = *κύνινον*, Germ. 'Kümmel'; cf. *Horat. epist. I*
19, 18 Pers. V 55 'catinum', ap. antiquos vulgo 'catinus' (ex *Saeculo*
κατίνος), de qua forma dicit *Isid. etym. XX 6*: 'catinum, vas fictile,
 quod melius neutro dicitur quam masculino, sicut et salinum dicitur vas
 aptum salibus', et addit *Io. Ian.*: 'scias quod, licet quaedam nomina in-
 veniantur auctoritate veterum quandoque in masc. genere, quandoque in
 neutro, ut hic punctus, hoc punctum et hic catinus et hoc catinum, non
 tamen debent dici incerti generis, quia masculinum talium nominum iam
 cessavit; quia non utitur nisi neutro genere istorum nominum' 2090 'pina':
 'pina Graece, fames Latine' *Gl. M, Gl. n., Io. Ian., Brev.* 'et inde componitur
 haec propina, locus iuxta balnea publica, ubi post lavaerum a fame et
 siti reficiuntur homines, et dicitur sic, quasi propellens famem; et dicunt
 Graeci popina, et inde corrupte nos dicimus propina pro tali loco' *Io. Ian.*
s. v. 'propina'. cf. Osb. Pan. 160 s. fine

cedrinus iungas praedictis, adde lupinum.
 crastinus esto brevis, simul hiccine, nundina, iungis
 protinus his acinumque, perendino iungitur et quae
 ex oleo, bysso, clam formas seroque, fago,
 et quae jacinthus bombexque dat ac amethystus. 2095
 ante na longa lit i; vult femina, pagina demi,
 machina cum trutina, Proserpina, lamina iunges,
 buccina cum Mutina, seu sarcina, fuscina curtas;
 sic elemosyna sit.
 obliquos ex in produc, alios breviabis. 2100
 ante p fit brevis i: sic antipos est tibi testis.

VARIA LECTIO.

2091 cedrinum *ez* iunges *S* adde] atque *Sez* v. 2091 *om.* *P^{Me}*
 2092 hiccine] heccine *AM* nundina] nundine (!) *e* iungis] *om.* *P* iunges *S*
 2093 perendino iungitur et quae] iungisque perendino vel que *P* 2094 bisso
codd. 2095 jacinetus et ametistus *codd.* v. 2095 *om.* *SAz*, post v. 2097 col-
 loc. *A1* 2096 pagina femina *SPMe* 2097 Proserpina l. i.] seu sarcina
 fuscina iunge *Me*, sic, sed deme *pro* iunge *S* 2098 bucina *SAz* seu] vel *P*
 curtas] curtat *Az* iunge *P* seu sarcina f. c.] proserpina lamina iunges *Me*
 sic, sed iunge *S* 2099 sic elemosina lit et patina *P* sic elemosina lit
 (lit *et*) et patina longa patena *Mei* 2101 i supra p brevis est hinc a.
 est t. t. *SPMei*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2091 'cedrinus' pro 'cedrinus' (*κέδρινος*) praecipitur etiam a *Io. Ian.*,
 in *Quaest. gram. cod. Bern. K. Suppl.* 1822, a *Salpilio* aliisque 2092 'nun-
 dina', sc. tempora. de sing. 'nundina' cf. *Neue I* 171, de diversis vocabuli
 signif. *Du Cange* 2093 'perendino, i. e. morari per unum diem, sc. usque
 in tertium diem, et transitive positum invenitur pro prolongare' *Io. Ian.*
 cf. *Du Cange*. unde compositum 'comperendino' occurrit ap. *Cic. I Verr.* 34
II Verr. 1, 20 et 26 2094 sq. ex.: 'oleaginus, byssinus, clandestinus' (sic
 pro 'clandestinus' etiam *Io. Ian.*, *Græc. XXV* 48, *Salpil.*), 'serotinus, fuginus,
 hyacinthinus, bombycinus, amethystinus' 2096 'n. na l. f. i', ut 'farina culina'
 2099 'ēlēmosyna': 'est ancilla Dei simplex elemosina, mortis antidotum
 veniae porta, salutis iter' *Vindocinensis* ap. *Io. Ian. s. v.* 'antidotum'. 'pec-
 catum exstinguit elemosyna, cui moys est fons' *Græc. X* 207; cf. *Egb. L.*
I, 898, *Salpil.* 'ubi est spes tua, pro qua elemosynas faciebas?' *Vulg.*
Tob. II 16 'peccata tua elemosynis redime' *Vulg. Dan. IV* 'ab elemo-
 nia, quod est misericordia, et syna, quod est mandatum, componitur haec
 elemosina, i. e. mandatum misericordiae, et secundum hoc scribitur per
 e in secunda syllaba; sed melius scribitur per y, et tunc dicitur elymo-
 syna quasi mandatum Dei' etc. *Io. Ian.* cf. *Brev.* est *ἐλεημοσύνη* ab *ἐλεος*
 2100 ex.: 'delphinis, fluminis' 2101 'antipós' pro 'antipūs' (*ἀντίπους*)
 etiam *Io. Ian.*, *Brev.*, *Salpil.* scribunt; cf. *pōlipūs* v. 1003

obstipum retrahas [constipo consociabis].
 q subeunte dabis i longam, sicut iniquus;
 cum siliquis reliquos et compositiva notabis.
 i super r brevis est; tamen excipis inde butyrum. 2105
 sic delirus erit, saphirum iunge papyro
 appellans lapidem, sed pro vitro brevis.
 est super s brevis i; paradisum non breviabis,
 Anchisen iunge, gavisus ei superadde.
 praecedente para breviatur laesio longa. 2110
 ante t fit brevis i: levitas erit hinc tibi testis.

VARIA LECTIO.

v. 2102 om. *PMe* || inclusa om. *A2A3S*, m. rec. add. *A1*, habet *L*
 2103 dabis| dabit *A2* damus *SMe* post v. 2103 compositiva tamen ali-
 quis similesque notabis (notemus *P*) add. *SP* 2104 siliquis reliquos|
 reliquis siliquos *A* et| sed *S* sed c. n. | istis sociare memento *P* 2105 bre-
 vis est| brevis *S* 2106 delirus| delibutus (!) *L A1 A2* iunge| iungo
S A1 A2 P 2107 breviabis| breuiatur *SMe1* 2109 Anchises *S* eis *As*
 superaddes *P* 2110 liso *Me* lesio cett. codd. 2111 est brevis i pre t
S est i pre t brevis *PMe1* erit hinc| fiet *P*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2104 'compositiva', ut 'aliquid' 2105 'i s. r br. o.', ut 'satira'. — buty-
 rum: 'infundens acido comam butyro' *Sidon. carm. Phalaec.* 12 'mollique
 subacta butyro' *Egnatius* sec. *Despaut.* 'quod non est mirum, stillat pro
 lacte butirum' *Petr. Riga. Vergilium* (*Despaut.* rectius dicit *Valgium*) in
 quodam opusculo paenultimam quoque corripuisse affirmat *Io. Ian.* hunc ver-
 sum allegans: 'lac niveum butirumque novum cum melle comedi'. corripu-
 erunt certe mediam *Macer* hoc versu: 'cum butyro modicoque oleo decocta
 tumorem' etc., et *Ys. II 394 VII 345.* et primam et secundam vocis
 syllabam producendas esse etymologia — est enim βούτυρον a βοῦς —
 salis docet 2106 sq. 'saphirus' (cf. vv. 1718 et 1743), 'sāphirus': 'est
 vitrum saphirum' ('pro vitro saphirum' *Io. Ian.*) 'pro gemma dico saphi-
 rum: corripis primi mediam producque secundi' *Gracc. XII 121 sq., Io. Ian.*
 'porticus est Romae, qua dum spaciando fero me, res quaerendo novas
 inveni de saphiro vas' *Alex. Nequam* (*Neckam*) in *Gl. S.* de hac re legi-
 tur ap. *Io. Ian.*: 'Magister Benedictus dicit, quod saphirus producat paen-
 ultimam: "sed quidam accipiunt saphirum pro vitro media correpta, quod
 nos non dicimus", et hunc sequor; unde praedictus versus (sc. 'pro vitro
 saph.') non est authenticus secundum nos'. et *Despaut.* monet: 'ne cum
 Stoa variandum credas, quia *Sidonius* corripuit' 2108 'est s. s br. i',
 ut 'Elysium camisia' 2110 i. e. ox 'para' et 'laesio' fit sec. *Alexandrum*
 'paralipsis' sive potius 'paralýsis'; cf. *Io. Ian.*, qui quidem ex *Magistri* (sc.
Benedicti) sententia paenultimam vocis syllabam producendam esse censet

quae fiunt in ta proprio de nomine sumpta
 sive loci propriaque simul producere debes,
 ut margarita, Levita, simul heremita.
 ut placet est pituita; Petrus dixit polymita. 2115
 quae fiunt in tes aut in tis, longa notabis.
 itus, si detur a nomine, longus habetur:
 et sic ex censu censitus dicere debes.
 servus curtat itus. adverbia sic breviabis.
 a verbo quartae venientia longa notate. 2120
 tertia praeteriens in ui dat itum breviando;
 praeteriens aliter itum producere debet.
 curtat itum pario vel disco poscoque, parco,
 quae gio dat vel bo, quae prima dat atque secunda.
 cumque supina dabunt i longam t subeunte, 2125
 quae formantur ab his, ito longam reputabis.
 agnitus esto brovis, societur cognitus illi.
 itus producit, quod deponens generavit;

VARIA LECTIO.

2114 simul] sacer S simul ac Aa ut margaritam leuitam sic here-
 mitam P, item, sed aut pro sic, Me1 2115 polimita codd. 2116 tes etc.
 tis] tis etc. tes P Me1 re. 2117. 2118. 2119 post. v. 2123 colloc. L 2119 ser-
 uos SP breuiabis] breuiamus SP Me1 2120 quarte uerbo S Me1 notato
 SP Me1 2122 debes LA PS 2123 poscoque perdo A^r parcoque posco
 SP Me1 2126 longum M longam cett. codd. reputamus S 2128 quod
 deponens] deponens quod P que deponens S quam d. Me1 generavit]
 generabit S

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2114 'bērēmīta': vide v. 2028 c. adn. 2115 'pītuīta': immo vocabulum
 apud poetas saepe per synizesim trisyllabum lit, ut ap. *Horat. sat. II 2, 76*
epist. I 1, 108 Pers. II 57; cf. 'conubia' v. 1940. — 'polymīta': 'quae
 polimita fuit oscula dando pedi' *Petr. Riga in genes.* 'usus habet, quod
 polimita ultimam (sic pro 'paenultimam') producit' *Io. Ian.* cf. *Graec. X*
251, Sulpit. est tamen πολύμῖτος a μίτος (vide v. 1881), et 'polymītus'
 est 'textus multorum colorum' *Isid. etym. XIX 22* 'polymita vestis multi
 coloris' *Pap.* cf. *Io. Ian., Brev., Desput. 625* 2116 ex.: 'Persites Suna-
 mītis' 2117 ex.: 'marītus avītus' 2119 ex.: 'sorvītus, penītus fundītus'
 2120 ex.: 'audītus' 2123 'parītum', vide v. 797: 'discītum, poscītum',
 v. 819; 'pareītum', cf. *Neue II 553, 561* 2124 ex.: 'fugītum bibītum,
 domītum exhibītum' 2125 sq. ex.: 'dormītio, are' 2128 ex.: 'oblītus'

sed tuor abbreviat ea, quae de se tibi format.
 et producuntur lecythus et hermaphroditus; 2130
 sic aconita locas, Cocytus ei sociatur.
 nominis obliquos, quod fiet in is, dabo longos;
 corripies alios, ut miles militis, ales.
 i super u longa; Ninive tamen est brevianda.
 Est orobus testis, quod o super b breviabis; 2135
 demitur ambobus, October sive duobus.
 ante c fit brevis o; tamen obliqui retrahantur.
 ante d fit brevis o, velut exodus; hinc procul esto
 Herodes, et ei custodes sint sociandi.
 est o supra g brevis, velut ecloga; sed removebis, 2140
 quao g vocali praeiungunt, ut synagoga.
 o super l fiat brevis: hoc soboles manifestat.
 o super m brevis est: Salomon sic esse probabit.

VARIA LECTIO.

2130 lechitus et hermofroditus *codd.* 2131 achonita *SA2A3* coehitus
LA3P coccitus *Me1* chochitus *S* societur *A3 e1* 2132 quod fiet in
 is] quod in is fiet *SPM* 2133 ut miles militis ales *om. PMe1* ut mili-
 tis alitis (!) *S* 2134 breuiata *Me1* 2137 fit brevis o] curta fit o *Me1*
 2138 fit brevis o] corripis o *S* 2139 sint] *L* sunt *cett. codd. et e*
post v. 2139 o super l brevis est sit sarcophagus tibi testis *add. Me1*
 2140 est o supra g brevis] o supra g brevis est *P* est o pre g brevis *A3*
egloga codd. et e 2142 fiat] fiet *Me1* manifestat] tibi signat *Se1* tibi
 signat *M* o super l brevis istud soboles tibi signat *P* *post v.* 2142
 excipias illud quod fertur farmacopole *m. rec. in mg. add. A1* 2143 o
 brevis m presit *S* o brevis est super m *Me1*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2129 'tuor tuitus', cf. v. 945 c. adn. 2130 lecythus (*λεχυθος*): 'lechitus
 vas est, sc. ampulla, ut dicunt, de auricalco' *Hug.* 'lechitus in regnorum
 (sic) libro ampulla olearia' *Pap.* cf. *Io. Ian., Brev.* 'et lechitus olei non
 est imminutus' *Vulg. reg. III 17, 12.* de quantitate paenultimae haec
 profert *Despaut. 625*: 'lecythus contra Alexandrum Sulpitiumque cor-
 ripitur ab Homero VIII Odysseae teste Nestore'. *idem p. 627*: 'poly-
 mitus et lecythus tantum corripuntur'. *idem p. 670*: 'Laur. Valla dicit a
 vulgo male paenultimam acui in his: Andreas, proselytus, lechythus' etc.
 2132 ex.: 'Quiris Quiritis' 2134 ex.: 'salva' 2135 'orobus' (*ὄροβος*):
 'orobum' graecum verbum est; est autem genus leguminis' *Pap.* 'quae-
 dam herba vel quidam populus' *Gl. n.* 'populus vel genus leguminis' *Gl.*
ap. Thurot. p. 132 2137 ex.: 'apōca apōcopa, velōcis utrōcis'

quod servat neutrum genus, excipe, sicut amomum.
 longa fit o super n; sed sindonis excipiat, 2145
 sardonis atque diaconus et Turonis, sociatur
 Calcedonis, Redonis [et Vasconis associabis];
 Lingonis et Britonis ac obliquos propriorum,
 quae loca designant, praedictis addere debes;
 cum proprium fit in on, tamen excipies: Calydonis. 2150
 Simonis, harmonicus, mamonom breviare solomus.

VARIA LECTIO.

2144 quod servat] que servant S.A.P.Me1 2145 sindonis] sydonis S
 2146 sardonis pro sardonix om. codd. et e sociantur S v. 2247 om. Me1
 [] inclusa om. A.P.Pag.Pa1 vascones add. L et vasconis add. S 2148 Lin-
 gonis et Ligonis om. codd. 2150 calidonis codd. post v. 2150 et que
 terna dabit ut sydonis (?) babilonis in mg. add. S et que tertia dat []
 add. A3 et babilonis [] add. P 2151 breviare] sociare Me1 v. 2251. 2152
 inverso ordine in A3

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2144 'amomum herba est suavisissimi odoris, quae tantum in Assyria nascitur' Serv. in Verg. ecl. IV 25; cf. idem in ecl. III 89 Ovid. met. XV 391. unde flebat unguentum maxime nares feriens, quo crines inungebantur (cf. Pers. III 101 Lucan. IV 107 Ovid. ex Pont. I 9, 52 Martial. V 64, 3 VIII 77, 3 XII 17, 7) et mortuorum corpora condiebantur; inde postea vocabulo vulgo detruncato 'momia' sive 'mumia', ital. 'mumina', Gall. 'momie', Germ. 'Mumie' orta est. 2145 'longa f. o s. n', ut 'anōna sermōnis'. — 'sindōn ōnis' (σινδών); 'anaboladium amictorium lineum feminarum, quo humeri operiuntur, quod Graeci et Latini sindonem vocant' Isid. etym. XIX 25. cf. Pap., Io. Ian. vestis est bombycina subtilissima ap. Martial. IV 19, 12, lineum pannum in Valg. Matth. XXVII, vestimentum lineum, quod nudo corpori inducebatur, in hoc Petri Rigae versu: 'qua vestitus erat sis done, nudus abit' 2146 'sardōnis quaedam regio' Gl. n. sine ulla dubitatione 'sardōnyx' est, quod elucet ex interpretatione: 'lapis preciosus' in Gl. M. — 'Turonis, civitas Franciae' Pap., se., quae hodie 'Tours' appellatur 2147 'Redōnis', gens Galliae Lugdunensis eiusque urbs, quam vulgo 'Rennes' vocant. — 'Vasco', pl. 'Vascones', Hispaniae populus: 'Vasconis hoc saltus et ninguia Pyrenaei' Anson. sec. Despaut. 470 2148 'Lingōnis', pl. 'Lingones', gens Galliae Celticae simulque metropolis eius, hodie 'Langres' nuncupata. — 'Britōnis', cf. vv. 104, 1880. 'Britōnes' Lucan. XV 124 'Britōnis' Martial. XI 21, 9 2150 'Calydon, ōnis', prisca urbs Aetoliae; cf. Verg. Aen. VII 306 Ovid. met. VI 415 Martial. I 104, 6 IX 48, 6 XI 69, 10 2151 'Simon, ōnis': 'stagna petit parvaque sedens in Simonis alno' Sedul. IV sec. Despaut. 535 'nomen apostoli corripit in obliquis ad differentiam nominis cuiusdam rustici a Terentio introducti,

canonis esto brevis cum daemone, Sidonis, ut vis.
 p subeunte brevis datur o: caropos tibi testis;
 Asopum retrahis, Europam sive pyropum;
 ut placet, est Canopus. 2155
 o super r brevias: Sephoram testem tibi sumas.
 derivata palam producit: patet ecce sonorus.
 nominis obliquos, quod in or fit, iunge; sed arbor
 et memor et rhetor, castor seu marmor et aequor
 corripuere suos, sed longis adde Pelorum;
 2160
 et quaedam propria sunt obliquis brevianda.
 mas facit os oris; quae dant ur et us breviabis.
 o super s longa, sicut testatur alosa.
 t subeunte dabis o longam, sicut Azotum;

VARIA LECTIO.

2153 brevis datur o] breuem facit o SP 2154 Europam retra-
 his asopum] etc. P retrahis] retrahis As piropum codd. 2155 ac
 ysopus add. SAs 2156 brevies etc. sumes Me1 2159 rethor codd.
 2160 sed] et As v. 2161 om. L 2162 quae] quos S ur et us] us et ur Me1
 2163 sicut testatur] sic testificatur SPMe1 2164 dabis] damus Me1
 longum] longum P

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

qui dicitur Simo; propter eandem differentiam retinetur n in nomine apostoli, sicut est ibi apud Graecos, sed a nomine rustici expellitur' etc. Io. Ian. cf. Ys. V 108. — 'mamōna', cf. v. 544 et Graec. VIII 222
 2152 'Sidon, ōnis': 'Sidōna' Verg. Aen. I 619; 'Sidōne' Ovid. met. IV 572 Lucan. VI 585; 'Sidōne' Martial. II 16, 3 XI 1, 2 Sil. VIII 438
 2153 'carōpos': 'color urinae' Gl. M 'via cartulosa vel color in urina' Gl. n. — vocabulorum alibi non inveni 2154 'Asōpus', fluvius Boeotiae 2155 'ut placet est Canopus': 'civitas Aegypti' Gl. M 'idem quod Aegyptus' Gl. n. hoc vocabulum praenuntium incipitem habere illius aetatis homines ex eo, ut opinor, collegerunt, quod, quam inde derivatam putabant (cf. Io. Ian.) et sic scribebant (cf. Pap., Io. Ian., Du Cange), vox 'canopeum' (unde Gall. 'canapé') pro 'cōnōpēum', κωνωπέον (cf. Lucan. VI 80) sive etiam 'cōnōpium' (cf. Horat. epod. IX 16 Prop. III 9, 45) antepaenultima correpta tunc temporis usurpabatur, certe quidem a Petro Riga in hoc sup. Indith versu: 'reticulum sericum (?) scriptura vocat canopeum' 2156 'Sephora, uxor Moysis' Gl. As 'produceitur (prima) a Riga: "nato praepitum max aufert Sephora dicens"' Despaut. 516, 615 2160 'Pelōrus' vel 'Pelōrum', Siciliae promontorium 2161 ex.: 'Heetōris Antenōris' 2162 ex.: 'lepos lepōris flos floris; obur ebōris pectus pectōris' 2163 'alōsa' sive 'alansa', piscis quidam, Gallis 'alose', Germanis 'Alse'; cf. Anson. Mosella 127 2164 'Azōtus', urbs Palaestinae (cf. Vulg. Iosue XI 12, XV 14 etc.), nunc 'Esud' appellata

- quae componuntur, discreta mente notentur. 2165,
o super u raro; sed compositiva notato.
Ante b fit brevis u; sed demitur inde saluber.
u e protrahimus, quotiens a vel um subit aut us;
cetera corripies; sed Pollucem tibi demes,
manduco iunges, fiducia [consociamus]. 2170
ante d longa datur u; sed pecudis retrahatur.
ante g longa fit u, tamen hinc tibi coniuge dempta.
sugo producis; sed sanguisugam breviabis.
u super l brevia, Gaetulius, adulator adempta.
quae declinabit tibi tertia, longa notabis 2175
nomina; sed Zabulon breviabitur Hercule iuncto;
his sotular iungo, specular breviabit origo.

VARIA LECTIO.

2168 protrahimus] longa datur *S* subit aut] subeunt *S* 2169 corripies] corripis *MAs ei* Pollucem] pollucet *P* demes] demis *P* demas *Me* 2170 iunges] iungas *Mei* consociamus *om. LAz Mei, add S* consociato *m. rec. add. A1* iungitur illis *add. P* manduco iunges cum quo fiducia iunges *As* 2171 ante d longa fit u sed et haec pecudis retrahatur *P* 2172 ante] pro *PMS ei* 2173 produco *etc. breuiabo A2* 2174 brevia] brevis est *M* brevis *P ei* adempta *om. P* 2175 notabis] locabis *P* manebunt *Mei* 2176 breviabitur] breuiatur *A2 Mei* breuiatur et (*I*) *P* iuncto] iuncta (*e. gl. interl. hac dictione*) *LA* 2177 iungo] iungas *As* socia *SM*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2165 ex.: 'antidotum, aliquotiens' 2166 'sed comp. n.', quia sequuntur simplicia, ut 'innovo, improvidus' 2167 'ante b f. br. u', ut 'coluber' 2168 ex.: 'lactuca festuca endiveus' 2169 'cet. corr.', ut 'volucet' 2171 'ante d l. d. u', ut 'testudo hirudo' 2172 'ante g l. f. u', ut 'lanugo erugo' 2173 'sanguisuga: de quantitate paenultima recte adnotat haec *Io. Ian.*: 'dicunt quidam: licet componatur a sanguis et sugo, quod primum producit, tamen sanguisuga paenultimam corripit. alii dicunt; cum quibus ego, quod sanguisuga paenultimam producat, quia componitur a sugo, nec invenitur in aliquo bono auctore, quod sit paenultima brevis'. hanc vulgaris linguae vocem (cf. *Uly. proc. 30, 15 Aeron in Horat, art. poet. 176 Isid. etym. XII 5*) in Romanas quas vocant linguas transisse scias: Italis est enim aeque 'sanguisuga', Gallis 'sangsuie' 2174 'u s. l. br.', ut 'sedulus'. -- 'Gaetulius', i. e. Libycus; cf. *Verg. Aen. IV 40 Hor. carm. I 23, 18 III 20, 2 Martial. X 20, 7* 2175 sq. ex.: 'tribulis curulis'. -- 'Zabulon', filius Iyae: 'variatur Iovenco' *Despons. 642* 2177 'sotular': de significatione et genere vocis cf. adn. ad. v. 579

- obliquos breves, ut praesulis, exulis, omnes.
u dabimus longam super m tibi, sicut alumen;
incolumis, contumax demis et autumo iungis 2180
et columen.
u super n longa ponetur teste lacuna.
ante p fit brevis u; sed compositiva notabis.
u super r longa; sed purpura ponitur extra.
excipe verba, quibus meditatio convenit, et quae 2185
sunt formae similis, ut luxurio, sociabis.
Mercuriumque notes, lemures cum centurione.
obliquos breves, tellurem demere debes.
u super s longa: tibi sit pro teste cerusa.

VARIA LECTIO

2178 obliquos breves ut praesulis *rell. om. As* exulis omnes] et nebulonis *Mei post. v. 2178* et nebulones *add. P* 2179 u dabimus super m tibi longam *S* u super m dabimus tibi longam *As* u super m longam dabimus tibi *P* u longam dabimus super m tibi *M* 2180 iungis] iunge *S* iungas *Mei* 2181 *om. SA1 As Mei, add. LAz* 2182 ponatur *S* 2183 ante p fit brevis u] u supra p brevis *S* u supra p brevis est *M* u super p brevis est *eo. 2182. 2183 on. P* 2185 excipe] corripe *SP Mei* 2187 lemures cum centurione] et centurio lemuresque *P* Mercurium signes et centurio lemuresque *Mei sic, om. tamen que S* 2189 cerusa] crousa *m. rec. super sc. A1*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2179 'glämen': 'dicitur a lumine, quod lumen praestat coloribus tingendis' *Pap., Io. Ian.* (nobis est 'Alaun') 'vel infernus' *Gl. M* 'a lumine, et potest accipi pro inferno' *Gl. n. cf. Brev.* 2181 'colūmen': 'alacritas' *Osb. Pan. 140* 'alacritas vel fortitudo' *Io. Ian., Brev.* 'etiam sanitas, salus explicari solet' *Loewe 355* 'eloquentia, sanitas, alacritas, vel quasi colli munimentum, vel fortitudo' *Brev. Benth. cf. de his figuratis significationibus Terent. Phorm. II 1, 57 Cic. Verr. V 76 pro Sest. 8 Horat. carm. II 17, 4* 2183 ex.: 'vitāpero', 'praerapium insuper' 2184 'u s. r l.', ut 'porifurus palidus' 2185 ex.: 'partūrio esūrio' 2187 'lemūres', spectra et larvae nocturnae; cf. *Horat. epist. II 2, 209 Pers. V 185* 2188 'obl. br.', ut 'murmuris guttūris' 2189 'cerūsa', sic pro 'cerussa' etiam *Pap., Hug. Io. Ian., Brev.* 'unguentum ad albitandum facies meretricum, blanchet' *Gl. I, Gl. Ar* 'quaedam materies apta ad pingendum, quae ex plumbo stannoque conficitur' *Pap.* 'a ceroma dicitur haec cerusa, quoddam genus coloris' *Hug.; cf. Io. Ian., Brev.* 'cerussa' nunc quidem legitur ap. *Ovid. de medicam. fac. 73, Martial. X 22, 2, 'cerussatus' ap. Martial. I 72, 6 II 41, 12 VII 25, 2*

prae t longa sit u, tamen arbutus est brevianda; 2190
compositiva notes.

Vocis fine dabis a longam; sed breviabis
rectum cum quarto quintum casum sociando.
hinc tamen excipias, cum rectus in as tibi fiat:
inde vocativum, velut Andrea, dabo longum. 2195
in numeris -ginta sunt ad placitum tibi danda.
postea non brevia, nisi fiat dictio bina.

utputa corripies, ita vel quia iungere debes.
productum Graeci rectum quandoque notavi.

E correpta datur; exceptio multa sequatur. 2200

Graecum nomen in e producit: testis tibi Phoebe.
declinansque per ae diphthongon nomina primae
et casus sextos in quinta dicitur longos.

longum pone fame, quoniam famei dedit ante;
et, quae componis de quinta, longa notabis: 2205

quare, cotidie tibi sint testes hodieque.

VARIA LECTIO.

2191 ut perentis alteruterque *add. Me1* 2193 casu quintum *P Me1*
2194 excipies *etc. siet S.A3 P Me1* 2195 Andrea| Enea *S* 2196 numero *S*
2197 brevis *S* 2201 Phoebe| tysbe *P* tispe *Me1* tispe *S* phebo *cell.*
codd. post. v. 2101 fiat et ysiphile *add. S.* 2202 declinansque| que *om.*
A1 A3 declinasque *P A2* declinaque *S* diptongum *vel* dyptongon *L A2 A3*
diptongum *vel* dyptongum *S P A1 M* *v.* 2205 *om. P* 2106 cottidie *A3*
quotidie *M* cotidie *cell. codd.* sint testes| sunt testes *Me1* testes sint *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2190 'prae t l. f. u', ut 'cornutus cicuta' 2191 ex.: 'disputo,
imbutus' 2192 ex.: 'citra ultra' 2193 ex.: 'musi Hectori'
2196 'ginta': 'finalis indifferenter ponitur' *Mag. Cues. 106.* 'ubi videntur
corripi (haec numeralia), Nebrissensis credit mendam esse. haec dicta
Nebrissensis si vera sunt, oportebit multos poetas emendare' *Despaut. 617.*
apud *Martialem* quidem, quem accuratius examinavi, numeralia 'triginta'
et 'sexaginta' producta tantum finali inveniuntur; cf. *III 36, 7 VII 9, 1*
VII 53, 9 VII 81, 1 X 104, 10 XI 24, 13 XII 34, 1 XII 86, 1 2197 'po-
stea ante praeterea', sed 'post ea' etc. 2199 ex.: 'Mala Nemea Tegea';
cf. *Prisc. I 20216-2032 28712-14 2906-9 Lachmann. in Lucr. comm.*
105 sqq. 2204 'fames fami dicebant veteres, unde adhuc famo pro-
ducitur in ablativo' *Prisc. I 24312.* cf. *Very. Aen. VI 121 Iuv. XIV*
184 XI 102 Tibull. I 5, 53 Lucr. III 732 Martial. I 99, 18 2206 'co-
tidie': de quantitate primae et secundae vide adn. ad. v. 1930

longum pone doce, similis quoque tempora formae.
 eque vocativum dat nomen in es tibi longum.
 nomen longa dabit adverbia, si tamen apte
 comparat, ut iuste; sed non bene nec male crede 2210
 producenda fore, quia neutrum comparat apte.
 saepe brevem ponis, quia non a nomine sumis.
 summi cuncta gradus adverbia longa locamus.
 quales nomen longum, quae notans et erit breviandum.
 me, te, se longis, simul e, de, prae sociabis, 2215
 et ne, ni dabit an, prode, fermeque fereque.
 aut ve dabit curtam, dabit interiectio longam.
 I dabitur longa; quaedam volo demere Graeca.
 sed mihi sive tibi, sibi vel quasi vel nisi semper
 ad placitum ponis, et ibi vel ubi sociabis 2220
 et sua composita.
 Ut tua metra petunt, o ponis; deme dativos
 ac ablativos, quoniam decet hos dare longos.
 quae monosyllaba sunt, semper producta manebunt;
 deque gerundivis tua consule metra locandis. 2225
 U producta datur, exceptio nulla paratur.

VARIA LECTIO.

2210 nec bene nec male $A_1 A_3 Me$ nec male nec bene S non male
 nec bene P 2212 quia] quod $P Me_1$ 2213 locamus] putamus P 2216 e
 ne ni $L A_1 A_2$ ne nisi cum $S A_3 Me_1$ ne nisi quod P 2217 dabit cur-
 tam] facit curtam P facit curtum Me_1 longum] longum Me_1 2219 nisi
 vel quasi P 2220 ubi vel ibi $S A_3 Me$ vv. 2220. 2221 *inverso ordine*,
omissis vel quasi vel nisi *exhibet* P 2221 sicubi vel iam cubi (!) mon-
 strant *add. L* ut sicubi alicubi *m. rec. add. M* veluti tibi sicubi mon-
 strat *add. e* 2226 producta] tibi longa $SP Me$ paratur] sequatur P

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2208 ex.: 'Achate Ulixē' 2218 'quaedam — Graeca', ut 'Colehi
 Thybri Amarylli' 2219 'nisi quasi': quia prisca forma erit 'nisei quasi'.
 apud *Plautum* haec vocabula producta occurrunt in *Poen. I 2, 32*, in
Cas. III 5, 56 (cf. *Lachmann. comm. in Lucr. 91*); ceteri vero poetae has
 particulas corripunt, cf. *Despaut. 651* 2221 exempla vide in var. lect.
 2225 'in metra in o terminatio more verborum etiam corripitur, ut Iuven-
 alis in I. (*Juv. I 3 232*), Alpinus Avitus in II. excellentium' (vide *Herns-*
dorf. poet. Lat. min. III p. XXXI sqq.) *Prisc. II 23316 sq.* cf. *idem I 40914-20*
 42621-2270

Quae dant b d vel m vel t, debes brevire;
 excipe diphthongum, concisas vel posituram:
 audit, aut, dicunt ex hoc testes tibi fiunt.
 e longam ponis, lae, nec donecque remotis. 2230
 hic poni poterit ceu metri regula poscit.
 I brevire dabo; sed nil producere quaero;
 ol, ut sol, iungis et in ol quae barbara ponis.
 istorum multa tamen invenies breviate.
 n producta datur; sed forsitan excipiat, 2235
 forsā et in, tamen atque dein, iungas an et exin.
 rectus in a Graeci facit an quarto breviri.
 si brevis est crescens genetivus in antesuprema,
 ex hoc in recto decet n poni breviano.
 quartus casus in on solet in Graeco variari, 2240
 rectus produci nisi neutra, sed haec breviri.
 r breviano locas; quae sunt monosyllaba demas:
 testes sunt ver, par et ab hoc quae sumis, ut impar;
 quae tamen in multis breviate locis reperimus.

VARIÆ LECTIO.

2227 b uel t d uel m etc. *M* 2228 concisas dyptongum *S* concisas
 diptongon *P* concisa diptongum *Me* 2230 nec hic *SPMe* 2231 ceu
 seu *AzAs* ut *P* post *e*. 2231 si sit pronomen si non longatur ubique *add. P*
 2232 I brevire dabo I I brevire decet *S* producere I tibi demere *As* 2236 iun-
 gas an I iungetur *M* post *e*. 2237 quartus in in breuiat greci quam rectus
 in is dat *add. P* *r*. 2241 om. *SPMe* 2243 nec et par (!) *P* par nec *S*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2227 ex.: 'abad tum et' 2230 'e l. p.', ut 'sic hāc hōc hūc hīc (adv.) illūc.
 'lāc': 'in Sereno producit lae: "hae asinae placidaeque huius prolesse
 ioquantur". 'Victorinus asserit corrip. tu Serenum imitare, donec ex ve-
 tere poeta probetur corrip. et tum variabis' *Despaut. 655* 2231 'hīc',
 i. e. pronomen 2232 'I br. d.', ut 'animāl fēl mēl' 2233 'in el q. b. p.',
 ut 'Michaēl Gabriēl Daniēl'; cf. *Prisc. I 147¹¹ 214¹¹ 312¹¹* 2235 'n pr. d.',
 ut 'Tītān Pacān quān' 2236 'dein': immo per synizesin monosyllabum
 fit, ut 'deinde' dissyllabum; cf. *Sere. in Verg. Aen. I 195* 2237 ex.:
 'Aeginān' ap. *Stat. Theb. VII 319*; cf. *Prisc. I 287¹⁶⁻¹⁷*. — v. 34 ab au-
 ctore hic repetitus est 2238 sq. ex.: 'nomēn carmēn' etc. 2240 cf. *Μενέλαον*
 et *Μενέλαων* 2241 ex.: 'Memnōn Sinōn, Pelīōn' 2242 ex.: 'eulcār verbēr
 Gaddir guttūr' 2244 sc. apud poetas, qui Theodosii temporibus et post
 vixerunt

et brevis est per, fer et cor vir terque; sed aethor 2245
et crater ac Iber usus producit et aer.
s lego vocali divisim cuilibet addi;
hinc levius scitur, quae syllaba quanta locetur.
as longam ponis, ut Musas; sed breviabis
nomen in 'as Graecum, quod ponit in os genetivum. 2250
in Graeco variat pluralem tertia quartum.
es producta datur; tamen hinc penes excepiatur.
es cum compositis, sicut potes, abbreviabis.
obliquus crescens, qui corripit antesupremam,
in recto facit es curtam: testis tibi miles. 2255
sed res atque Ceres et spes sunt longa fidesque.
rectus, qui tenet i super es, nescit breviari,
cum tamen hic e brevem gerat ante tis in genetivo,
ut paries, aries; sic usi ponere patres.
forte tamen ratio concederet in breviando. 2260
multi dant longam pes et sua compositiva.
pluralem Graeci variatum saepe notavi.
is brevias; casum sextum trahis atque dativum,
cumque suis addes monosyllaba compositivis.
in rectis brevio quis et is, bis eis sociando. 2265

VARIA LECTIO.

2245 per etc. terque] ter per et cor vir terque *M* 2246 et crater
ac Iber] *S* (cf. v. 56) et crather yber (iber) *L A2* et crather ymber (imber)
A1 A3 M crater ac imber *P* et crater et hymber (!) *e2* post v. 2246 ar tra-
hitur quibus a longum retinent genitivi *add. S* et sua composita *add. P*
2253 sicut potes] ut ades potes *SP* abbreviabis] abbreviandum *S* 2255 cur-
tam facit es *P Me* 2258 tamen] tenet *L A1 Me* tenet *supersc.* tamen *P*
gerat] *L A1* tenet *SP Me* 2259 aries] abies *SP Me* 2260 conceditur *P*
2262 variari *P* 2263 brevias sextum casum *S* 2265 rectis] recto *A3*
sociando] sociabo *A1*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2249 sq. 'sed — genetivum', ut 'Pallūs Arcūs' 2251 ex.: 'heroūs, βασιλέας'
2252 'es p. d.'; ut 'pyritēs nubēs docēs sexiūs' 2261 'pes et s. comp.',
ut 'bipes sonipes compes'. haec *Prisc. I 2418 sq.* producenda censet,
Probus 2614 sq. et *Ars anon. cod. Bern. K. Suppl. 6816* inter correpta
ponunt 2262 ex.: 'Trondēs Amazonēs' 2263 'is brevias', ut 'panīs
legīs' 2264 ex.: 'īs sīs vīs quivīs quamvīs'

accentu longa verbi persona secunda
 plurali numero facit is longam praeunte:
 hinc tibi sit possis pro teste velisque vel audis.
 protrahit is rectus, si protrahit i genetivus
 crescens, ut Samnis; longumque dabo tibi quamvis. 2270
 os longam ponis; tamen excipiat os ossis,
 cumque potis dabit os, brevias, ut compos et impos.
 nomen in as Graecum breviabit in os genitivum.
 rectus in os Graeci, ceu Delos, habet breviari.
 us curtam ponis; tamen hinc monosyllaba domis. 2275
 declinans quartae genitivum tresque sequentes
 plurali similes casus producere debes.
 u genetivus habens longam solet us dare recto
 longam: pro teste tibi sit tellusque palusque;
 tu tamen, Horati doctor, palus abbreviasti. 2280
 invenies aliqua Graecorum nomina longa.

(PARS IV)

[Capitulum XI]

Accentus varias decet hinc distinguere normas.
 est gravis accentus, et sunt moderatus, acutus,
 et circumflexus multi tenere priorum.

VARIA LECTIO.

2268 sit| sint *S.I.Me* hinc tibi sis possis fiat pro teste vel audis *P*
 2269 si| cum *P* 2270 dabo tibi| tibi dabo *PA₃M* 2271 longum *AP₁Me*
 2274 ceu| ut *L* breviari| variari *LSP* 2279 sit| sint *P* palusque| palus-
 que *SP₁Me* 2280 horaci *LA₁* orati *SP₁A₂*

TESTIMONIA ET EXPLANATIONES.

2267 'praeunte', i. e. in singulari numero 2273 ex.: 'Pallas Palladōs'
 2275 ex.: 'claris vulnūs senatūs; tūs mūs' 2276 sq. 'tresque seq. plur.
 sim. cas.', sc. nominat., accus., vocat. 2280 'palūs': *Horat. art. poet.* 65
 2281 ex.: 'Panthūs Melampūs'

2282—2329 de accentibus modernorum 2283 accentus modera-
 tus ab Alexandro inventus esse videtur; qui apud eum vicem gerit accentus
 acuti. dicit de illo *Despaut.* 666: 'accentum moderatum, quem Alexander,
 barbariei assertor, intulit, doctissimi excerpantur; ideo hunc ad Gothos
 relegamus'